TRADITIO ANTIQVA ECCLESIARVM FRANCIÆ,

ſeu totius Imperij Occidentalis, de verbis Uſuardi, quæ in ipſius Martyrologio ad feſtum Aſſumptionis B. Mariæ Virg. referuntur


VINDICATA


Per CLAUDIUM JOLIUM Cantorem & Canonicum Eccleſiæ Pariſienſis,

Adverſus librum JACOBI GAUDINI *Canonici Pariſienſis, cui titulus eſt,*

Aſſumptio Mariæ Virginis vindicata.

Cum Reſponſione ad vindicias Parthenicas Nicolai Ladvocati Billiadi etiam Canonici Pariſienſis.





SENONIS,
E Typographiâ LUDOVICI PRUSSUROT.
Et veneunt
PARISIIS,
Apud GUILLELMUM DESPREZ, viâ Jacobæâ ſub ſigno S. Proſperi.
M. DC. LXXII.
Cum Permiſſione.

S. EPIPHANIVS LIB. III. adverſus Hæreſes cap. 78. num. 23.

Tom. 1. p. 1055. edit. 1622. vide etiam num. 11. pag. 1043.

Ἤτοι γὰρ ἀπέθανεν ἡ ἁγία Παρθένος, καὶ τέθαπται, ἐν τιμῇ αὐτῆς ἡ κοίμησις, ... ἤτοι ἀνῃρέθη καθὼς γέγραπται, (καὶ τὴν ψυχὴν αὐτῆς διελεύσεται ῥομφαία, ἐν μάρτυσιν αὐτῆς τὸ κλέος .... ἤτοι δὲ ἔμεινε. καὶ γὰρ οὐκ ἀδυνατεῖ τῷ Θεῷ πάντα ποιεῖν, ὅσαπερ βούλεται. τὸ τέλος γὰρ αὐτῆς οὐδεὶς ἔγνω πέρα τοῦ δέοντος οὐχρὴ τιμᾶν τοὺς ἁγίους, ἀλλὰ τιμᾶν τὸν αὐτῶν δεσπότην.

Etenim ſive mortua eſt Virgo ſanctiſſima, ac ſepulta, ſummo cum ſplendore conjuncta mors illius eſt &c. ſive interfecta, vt indicare ſcriptura videtur his verbis, *Et tuam ipſius animam penetrabit gladius*, gloriam Martyres inter ac decus obtinet, &c. Poteſt denique & in vitâ manſiſſe. Poteſt enim Deus quidquid libuerit efficere: Nam de illius exitu nihil certò conſtat. Porrò ultrà quàm par ſit ſanctos venerari nefas eſt: ſed illorum honorandus eſt Dominus.

Ex interpretatione Dionyſij Petavij Societatis Ieſu Presbyteri.



TRADITIO

ANTIQVA

Ecclesiarum Franciæ, imò totius Imperij Occidentalis, juxta Vsuardi verba, quæ in ipsius Martyrologio ad festum Assumptionis referuntur,

VINDICATA

Contra librum, cui titulus est,

Assumptio Mariæ Virginis vindicata

Autore JACOBO GAUDINO Canonico Parisiensi, &c.

USUARDUM quondam Monachum sancti Germani Pratensis apud Parisios, veteremque Martyrologú, quem Jacobus Gaudinus Canonicus Parisiensis in libro suo sæpiùs ludificat & ca-

lumniatur, mihi honorificum esse duco tutari atque defendere.

Magnæ probitatis monachus fuit Usuardus, ut ait Aimoinus & ipse Sangermanensis, ac notæ suo tempore sanctitatis & doctrinæ vir, ideóque à Carolo Imperatore ac Rege Franciæ electus, qui Martyrologium ad usum Ecclesiarum suæ dominationis conderet. Quod ipsi jussum est, id ille fideliter accuratéque præstitit atque adimplevit, cùm *quibusdam præcedentium Patrum Martyrologiis* visis, tum *sagaci indagine perquisitis* iis, quæ suo *tempore aucta vel mutata essent.* Itaque dubitandum non est, quin testimonium illud verum fuerit quod Usuardus XVIII. Calend. Septemb. in die Assumptionis, quam *Dormitionem* appellat, de inscitiâ Ecclesiæ præbuit, quò corpus B. Virginis, quod cum reverentiâ congruâ *venerabile Spiritûs sancti templum* appellat, *nutu & consilio divino occultatum sit*, idque *plùs elegisse sobrietatem Ecclesiæ cum pietate nescire, quàm aliquid frivolum & apocryphum, inde tenendo, docere.*

Hæc verba cùm Capitulum Parisiense, consulto priùs illustr. Archiepisc. ipsique assentiens, in Ecclesiâ suâ retineri conclusione primæ diei mensis Augusti anni 1668. statuisset, Gaudinus, & Nicolaus

Ladvocatus Billiadus etiam Canonicus Pariſienſis obfirmatis animis contrà obſtiterunt. Ego verò antiquior è Cānonicis delegatis, qui concluſioni Capituli attenderant, eam diſſertatione apologeticâ pro meâ virili defendi.

Itaque cùm Gaudinus adversùs Uſuardum, meque, quem ejus vindicem, patronum ac defenſorem jocans atque improperans indigitat, ſcribere aggreſſus eſſet, tametſi non animadvertiſſet, quòd eâdem operâ vindex, patronus ac defenſor eſſem traditionis omnium Eccleſiarum Franciæ, ne de extraneis loquar, facilè auguratus eſt, non defore multos, qui ipſum meritò redarguerent, quòd ſcriptorem antiquum Eccleſiæ, magnique nominis, atque hactenùs intactum, præterquàm ab Eminentiſſimo Baronio, parùm ſinceræ fidei, vel potiùs turpis mendacij accuſare auſus eſſet.

Quapropter ſibi neceſſe arbitratus eſt, aliquid ſpecioſi primâ fronte ſimplicium atque indoctorũ oculis offundere, quod eos contra Uſuardum, meque inſtigaret. Hinc titulus ille magnificus, quem libro ſuo appoſuit, *Aſſumptio Mariæ Virginis vindicata*; ſed procul dubio expungendus. Nam ego *de verbis Uſuardi, quæ in Martyrologio Eccleſiæ Pariſienſis in feſto Aſſumptionis B. Mariæ*

Virginis die xv. mensis Augusti exscripta sunt, in libello meo disserui, non de Assumptione corporeâ B. Virginis, de quâ me non agere professus sum, & quam *neminem verè Catholicum oppugnare velle nec etiam posse* protuli *1 Gaudinus itaque suo illo titulo tam præstanti tamque glorioso quæstionem novam movit, quam omnium oculis exposuit: ita ut, si quid est scandali, primus id ille parturierit. Usuardus quoque Assumptionem B. Virginis non oppugnavit, sed tantummodò de assumpto ipsius corpore Ecclesiam suo tempore *cum pietate nescisse* testatus est.

*1 pag. 13.

Senserunt autem plures pietate ac doctrinâ præstantes autores, hanc inscitiam non obstare, quidquid contrà Gaudinus argumentetur, quin liceat corpus B. Virginis assumptum credere, ut clarè infrà videbitur, sed solùm excludere *firmam constantemque* Eminentissimi Baronij *assertionem ac professionem*, sive *certitudinem* illam novam *omni humanâ naturali majorem*, quam Gaudinus & Ladvocatus exigunt, novum fidei articulum tacitè condentes, quo fidem de resurrectione Virginis cum fide de resurrectione Christi involuunt, ac parem aliquatenùs faciunt: inter quas tamen maximum discrimen apponi æquum est quod omnes docti

indoctique cognoſcant. Nam meo, quidem judicio, *certitudo* illa *omni humanâ naturali major* ab articulo fidei nomine tantùm differt, non re: vel ſi differt, ego profectò ſubtilem hanc differentiam fateor me non intelligere.

Quapropter non ſolùm nullum autorem alicujus ponderis video præter Baronium *1 atque obiter Petrum Aurelium, *2 de quo infrà, qui talem certitudinem conſtituerit: ſed plurimos legi & eruditione & pietate in B. Deiparam inſignes, qui eam apertè etiam contradicunt, veluti infra videbimus. Et quidem hâc occaſione *certitudinem* iſtam haud tolerandam eſſe judico, ſed cenſurâ Theologicâ feriendam eſſe credo, ne fortè illa pietatis prætextu majores vires accipiat, tum quia fidei de reſurrectione Dominicâ, ut dixi, officit, tum quia laqueos conſcientiis injicit, captivum ducens intellectum ad credendum articulum nec à Deo revelatum, nec ab Eccleſiâ definitum, ſed tantummodò ex rationibus humanis ortum, quæ quidem *ſuaſiones ſunt*, ut ait Toſtatus Epiſcopus Abulenſis, *3 *ſed non convincunt*, & de quibus *ideò licet cuilibet, ſicut voluerit, opinari.*

Deinde, non omne, quod in Eccleſiam pietatis ſpecie invehitur, admittendum eſt, niſi veritati ſit conſentaneum, cùm

*1 Annal. 48. ſect. 24.

*2 In aſſertione ep. Antiſtitum Galliæ p. 76.

*3 In Matt. 22. q. 230. tom. 11. p. 137.

nulla ſit pietas, ubi non eſt veritas.

Adde, quòd Eccleſia non regitur devotione, ſed traditione, cujus regula inviolabilis eſſe debet: nam devotio aliquando fallit, traditio numquam.

Poſtremò quis dubitet, quin omnis novitas in religione maximè periculoſa ſit? Certè non poteſt fieri, quin hæretici calumnientur, novos nos articulos fidei ſub nominibus fictis inducere, quos ſub pœnâ erroris, qui nequit eſſe non lethalis, credere debeamus. Quo quid magis eos ab amplectendâ fide catholicâ poteſt avertere? Quid magis eos commovere atque acuere poteſt adversùs Eccleſiæ traditionem, quâ veluti ſcuto inexpugnabili illam protegimus, quàm inconſtantia noſtra, ſi viderint nos eamdem traditionem é codicibus noſtris antiquis ad libitum eradere atque expungere, ut quod anteà nobis piè credendum, & cum inſcitiâ proponebatur, tandem pro certo atque indubitato, & cum conſtanti ſcientiâ teneamus, ſi periclitari nolimus, nec damnationi animas noſtras exponere velimus?

Verùm Jacobus Gaudinus haud ſolo vulgi favore atque applauſu contentus fuit. Quid enim aliud ſunt plebeiæ laudes, atque indoctorum præconia, quàm inania verba, quæ non magis proſunt,

quâm æs ſonans, aut cymbalum tinniës? Majora meditatus eſt vir magni animi, nec, occaſionem opportunam nactus, eam prætereundam eſſe cenſuit, quin aliquod nomen grande ſibi compararet, viamque explanaret, quâ tandem aliquando ad opes honoreſque eximios, fauſtè feliciter, proſperéque pervenire poſſet.

Hinc illa libri Gaudiniani inſcriptio Regi Chriſtianiſſimo: qui tamen, ſi plenam ejus cognitionem acciperet, procul dubio Uſuardum contrà Gaudinum autoritate ſuâ fulciret atq; tutaretur. Jampridem enim Uſuardus operis ſui tutelam Carolo Imperatori ac Regi Franciæ commiſit, quæ ad omnes tanti Principis poſteros delapſa, ad nullum eorum pervenire poterat, qui magis animis atque omnimodis virtutibus Carolum exprimeret, quàm Ludovicus XIV. Monarcha quippe, ut omnium Chriſtianiſſimus, ita perſpicaciſſimus, veritatis amantiſſimus, pietatis avitæ nec fucatæ, ac traditionum ſacrarum antiquarum ſtudioſiſſimus, gloriæ Deceſſorum ſuorum zelator fideliſſimus, virorum illuſtrium ſui regni defenſor fortiſſimus. Itaque non minùs fidenter hodie Uſuardus Ludovici XIV. patrocinium implorat, quàm olim Caroli *tuitionem* popoſcit, hâc eum iterum ſupplicatione

*1 In Prologo. compellans, *1 *Cæterùm, Benignissime, idcircò hanc exiguitatis meæ præfatiunculam huic opusculo inserere malui, ut sciretur non me in hoc usum levitatis conamine, sed potiùs vestris (ut erat dignum) paruisse imperiis, Catholicorum fidelium solitò consulentibus utilitati. Vnde quod vestrum est obsecro, ut si justum decernitur, propriæ tuitionis anchorâ roboretur, quò videlicet & præsentibus regalis examinis autoritate, & futuris tantæ autoritatis firmetur examine.* Usuardus certè eò majore fiduciâ Majestatem Regiam nunc aggreditur, quò pariter secum ipsius Caroli, autoris atque ordinatoris Martyrologij sui Imperatoriam Majestatem commendat: quò Francicum Martyrologium vindicari poscit: quò plures Francos illustres ad suum modum locutos absolui postulat: quò universas Franciæ Ecclesias, quæ ipsius verba comprobarunt & dictitarunt, ab opprobrio eximit: quò Ecclesiæ Gallicanæ libertates intactas esse peroptat. Hæc enim omnia Gaudinus impugnat, cùm Martyrologium Parisiense tentat evertere, cùm Usuardum reum facere cogitat, & ab Ecclesiis Gallicanis eliminandum esse contendit.

His præmissis Gaudinus facilè judicavit, duas sibi exceptiones opponi posse, qui-

bus totum opus suum illicò corrueret; primam rei judicatæ, ex conclusione Capituli Parisiensis, quâ verba Usuardi in Martyrologio retineri statutum est: Alteram, traditionis antiquæ cùm Ecclesiæ Parisiensis, tum aliarum magno numero toto orbe Christiano diffusarum.

Gaudinus itaque, ut duos istos validissimos arietes concuteret, quædam excogitavit, quæ non levi animadversione digna videntur. Ac primùm ea, quæ de conclusione & de iis, quæ in Capitulo Parisiensi gesta sunt adduxit: in quorum examine Lector facilè advertet, quàm is bonâ fide totum opus suum contexuerit, qui in ipso limine statim impegit, cùm falsi me accusare volens se ipsum falsi reum manifestè fecit. Quid autem de me queror, cùm omnes Canonicos delegatos, ipsúmque D. Decanum, virum integrum ac notæ probitatis, denique totum Capitulum eâdem accusatione percutere veritus non est? Quin adeò prudens fuit, ut & ipsum illustrissimum Archiepiscopum Parisiensem, cui nihil non debet, in hâcce causâ immerentem involuerit. Nam in istâ suâ relatione adeò parùm sincerè, contráque fidem actorum omnia exposuit, ut ejus narratio tot ferè mendaciis scateat (absit dicto injuria, sed fieri nequit, quin scapham vocem scapham)

quot verbis abundat. Id autem ut certiùs evidentiúsque cognoſcatur, ipſiſſima Gaudini verba exſcribam, & ad latus notas meas veritatem facti teſtantes apponam; quibus etiam plura videbuntur, fieri non potuiſſe, quemadmodùm ea facta eſſe ipſe narrat. Ac primùm operæpretium eſt cognoſcere ex ipſis concluſionibus Capituli originem progreſſumque cauſæ, & quid actum ſtatutumque fuerit; quarum ideò hîc exemplar apponam.

Concluſiones venerabilis Capituli Eccleſiæ Pariſienſis de diebus 11. Iunij, 18. Iulij & 1. Auguſti 1668.

Exposuit Dominus de Tudert Canonicus Pariſienſis Codicem Martyrologij Eccleſiæ Pariſienſis, tum ob vetuſtatem ſcripturarum, tum ob depravatos & penè deletos quotidianæ lectionis caracteres à Pueris chori, dum cantatur Prima, vix nunc legi poſſe, ſibique propterea in animo & votis eſſe, ſub Dominorum beneplacito, illum de novo, noviſque & recentioribus litteris & caracteribus, propriis ſumptibus exarari curare, dummodò in lectione dicti Martyrologij certâ & ſtatutâ die per eundem deſignandâ, mentio fiat Dominorum Nicolai de Tudert aliàs Decani & Canonici, & Caroli de Tudert etiam nuper Canonici dicti exponentis filij, functorum, necnon etiam

ipſius dicti Domini de Tudert exponentis, cùm contigerit ipſum è vivis exceſſiſſe; pro quibus etiam cum cæteris Eccleſiæ benefactoribus orabitur, cùm pro defunctis poſt dicti Martyrologij lectionem oratur. Quo audito, Domini ejuſdem Domini de Tudert petitioni & votis annuentes conſenſerunt. Actum in Capitulo die Lunæ undecimâ Junij 1668. LE MASLE Canonicus Pariſ.

COMMISSI ſunt rogati Domini Decanus, Joly, de la Barde, de Tudert, & Chaſtellain Canonici Pariſienſes conferre cum illuſtriſſimo Domino Archiepiſcopo Pariſienſi ratione certæ homiliæ oblongæ, quæ ad Primam in feſto Aſſumptionis beatiſſimæ Virginis Mariæ aliquot abhinc annis legitur loco Martyrologij, quod in Codice illius proprio in loco deſcriptum aliàs legebatur, & ad Capitulum referre. Datum in Capitulo Pariſienſi die 18. Julij anno 1668.

AUDITIS Dominis Decano Joly, de la Barde, de Tudert, & Chaſtellain Canonicis Pariſienſibus ad illuſtriſſimum ac reverendiſſimum D.D. Archiepiſcopum Pariſienſem deputatis in executionem concluſionis de die 18. Julij proximè ſuperioris, concluſum eſt juxtà ejuſdem D. Archiepiſcopi mentem, non ampliùs legendum eſſe in choro ad Primam certum

oblongum ſermonem ſeu homiliam, quæ in feſto Aſſumptionis beatiſſimæ Virginis Mariæ aliquot ab hinc annis legitur, ſed deinceps legendum id quod in codice Martyrologij proprio loco deſcriptum antehac legebatur ex Uſuardi Martyrologio deſumptum; fuitque rogatus D. de Tudert novum codicem Martyrologij, cujus deſcriptionis curam ſuſcepit, in hunc modum diſponere. Datum in Capitulo Pariſienſi die primâ Auguſti anno 1668. FOURCAULT.

Nomina DD. qui in Capitulo Pariſienſi interfuerunt die 1. Auguſti 1668.

Decanus.	De la Porte.	De la Mer.
Succentor.	De Bonguerer.	Prevoſt.
Pœnitẽtiari⁹.	Boyer.	Bochart.
Domini. Fournier.	De Tudert.	Biet.
Chevalier.	Pinon.	Ladvocat.
Joly.	Bellemer.	Le Févre.
De la Barde.	Le Gendre.	De Levy.
De Graves.	Chaſtellain.	De Bragelõne.
Le Maſle.	De Long.	Feydeau.
Gaudin.	Fourcault.	Dreux.
Le Clerc.	Tevenin.	

Omnes præter paucos, qui antè deliberationem Capitulo egreſſi ſunt, & Ladvocatum, qui ex Baronio Uſuardum oppugnavit, unanimi voce pro Uſuardo concluſerunt,



RELATIO
Iacobi Gaudini de iis quæ ad conclusionẽ Capituli Parisiensis 1. diei Augusti anni 1668. spectant. cap. 1. p. 6. 7. & seqq.

VEtus consuetudo est jã usq; ab ipsis Christianæ fidei ducta primordiis, ut saltem majoribus in Templis, per singulos dies, annuntietur, quæ Martyris passio per id tempus contigerit, aut quis festus dies agatur; eumque in usum confecta primùm Calendaria; deinde verò Martyrologia, de quibus nobis plurimus erit sermo. Hunc usum religiosè semper servavit Ecclesia Parisiensis. Nam diebus singulis medio in choro *1 primariæ Basilicæ antiquior *2

NOTÆ
sive observationes ad Relationem Iac. Gaudini, &c.

*1 OLim hæc lectio fiebat in Capitulo.

*2 Non est semper antiquior è pueris, qui Martyrologiũ legit, sed alius post alium juxta ordinem antiquitatis. Sed Gaudino parcendum est: neque enim Primæ adesse consuevit. Cæteris quidem majoribus horis divini officij frequentiùs adest, sed ita tamen, ut semper memor sit veteris adagij, μηδὲν ἄγαν.

*1 Aut potiùs diei sequentis. Nam Homilia illa nova legi consuevit in vigiliâ, non in die Assumptionis.

*2 Anno 1549. qui subscriptus est homiliæ literis Gothicis initio Martyrologij exscriptæ : quod quidem non animadverteram antequàm dissertationem meam scripsissem. Eadem enim homilia bis in eo codice scripta est, secundò nempe literis Romanis vulgaribus, fortassè ut faciliùs à puero symphoniaco legeretur. Huic autem posteriori scripturæ, fortean recentiori, quam solam legeram, nulla temporis subscriptio apposita est.

*3 Non diffitendum est, quin sit Canonici alicujus Parisiensis, qui zelo ductus hanc Homiliam inexploratis priscis autoribus, nec re diligenter excussâ, in Martyrologio exscribi curaverit. Non diffitendum est quoque, quin id ille fecerit assentiente tunc Capitulo, quandoquidem ex eo tempore eadem homilia in choro lecta est, sed nullo prævio examine, quod in tantâ re maximum atque exactissimum adhibendum erat.

è pueris symphoniacis aliquid canenti similis quod sit diei proprium *1 ex Martyrologio recitat. Sed cùm Martyrologiũ, quo pluribus ab annis usa est, idque manu scriptum, & literis Gothicis, ut ajunt, exaratum præ vetustate ferè exesum esset, unus è Parisiensibus Canonicis elegantioribus literis describendũ curavit. Nondum autem absoluto opere, exposuit in Capitulo sibi dubitationem subortam circa 15. mensis Augusti. Nam à viginti suprà centum annis *2 lecta est illâ die homilia incerti autoris, *3 quæ tota est in celebrandis laudibus Mariæ

Virginis, ejusque præsertim Assumptione *1 in cælum asserendâ. *2 Anteà verò legebantur eâdem die ex Martyrologio Vsuardi *3 hæc verba. *Dormitio &c.*

Quæsiit ergo ille Canonicus, nùm Vsuardi verba *4 describenda essent, an verò homilia pluribus ab annis legi solita. Quia autem quod ad ritus Ecclesiæ, divinumque officium pertinent, inconsulto Præsule, immutare nõ licet, prudenter decretum fuit, adeundum illustrissimum Parisiorũ Antistitem Harduinum Perefixium, cui si placeret *5 rem in Capitulo expendi, tum ibi de-

*1 Autor homiliæ verbum *Dormitionis* non exclusit, sic eam inchoans, *Dormitio sanctæ Dei Genitricis Mariæ, atque in cælum ipsius Assumptio cum corpore & animâ &c.*

*2 Rationibus nempe convenientiæ, neque enim aliis utitur.

*3 Imò totum Martyrologium Ecclesiæ Parisiensis est Usuardi, primùm Caroli vel Magni, vel Calui Imperatoris ac Regis Franciæ curâ & jussu digestum, cui posteà, per tempora, plura accesserunt.

*4 De Usuardi verbis nullam mentionem tunc in Capitulo Canonicus iste fecit: nondùm enim adverterat, cujus autoris essent. Sed quoniam alterutrum expungi oportebat, vel antiquum Martyrologij textum, vel homiliam novam, Capitulum ille rogavit, quid sibi super eâ re præscribere vellet.

*5 Hæc contra veritatem, morem, ac jura Capituli Parisiensis Gaudinus retulit, quæ nescire non potest, neque in dubium vocare debuit. Neque enim Capitulum à suis Præsulibus de

rebus deliberandi licentiam petere consuevit. Nec illustrissimus Perefixius hanc à se licentiam flagitari unquã exquisivit, nihil ampliùs in Capitulum, quàm sui Decessores, sibi arrogans. Itaque tunc in Capitulo nihil actum est, præter nominationem quatuor Canonicorum, qui cum D. Decano D. Archiepiscopum adirẽt, & cum eo de re propositâ conferrent, posteàque ad Capitulum referrent.

mùm de eâ opportunè deliberaretur. Fortè adfui in Episcopali palatio, *1 cùm Canonici, quibus hæc provincia demandata fuit, motæ in Capitulo controversiæ *2 argumentum Præsuli exposuerunt. Hos is sedulò rogavit, num ipsi adeóque Canonici universi rem totam perpendissent accuratè. *3 Qui cùm respondissent *4 operæ pretium videri, ut restituerentur verba

*1 Potuit Gaudinus tunc alicubi adesse in palatio Episcopali: verùm non adfuit cnm Canonicis delegatis coràm D. Archipræsule. Ideóque quod inter eos actum est vel divinavit, vel finxit.
*2 Nulla controversia in Capitulo mota fuerat: neque enim verba Martyrologij ibi expensa fuerant. Quæsitum fuit tantummodò, an verba antiqua, an recentiora in codice novo exscriberentur.
*3 Hæc somniavit Gaudinus. Neque enim illustrissimus Præsul quidquam delegatos de tali examine interrogavit. Nec reverà rem illi interse adhuc discusserant. Res integra ad D. Archiepiscopum remissa fuerat, quîcum ipsi eam perpenderent: fieri etenim aliter nec decebat, nec consuevit. *4 Nihil tale delegati D. Archiepiscopo

Vſuardi, quæ nihil obeſſe aſſeverabant communi de aſſumpto corpore Virginis fidelium religioni. Eâ cautione non abnuit illuſtriſſimus Archiepiſcopus: his tamen iterum admonitis, ne quid contra priſcam hâc in re traditionem fieret. Id cùm poſteà ad Capitulum retu-

reſponderunt, qui nihil eos rogaverat. Sed tantummodò ipſi à D. Decano dubium illud expoſitum eſt, quod in Capitulo ortum fuerat, utrum textus antiqui Martyrologij, quem aliquis ex delegatis dixit eſſe Uſuardi, veteris ſcriptoris Eccleſiaſtici, an novus in Martyrologio relinqueretur. Mox perlectus eſt textus Martyrologij, perlecta eſt & homilia ab initio ad calcem uſque, nec ullus ſuam mentem aperuit: neque enim id decebat ab ullo fieri, priuſquàm D. Archipræſul ſuam protuliſſet. Tunc ille rem ſatis ſibi notam eſſe innuens, pro ſolitâ ſuâ benignitate atque comitate dixit, *nos omnes eſſe doctores, quorum ſententiam libenter ſequeretur; ſed quoniam perſpiciebat, nos velle, ut ſuam ipſe primus aperiret, ſibi videri, homiliam iſtam ex Martyrologio eſſe expungendam, tum quia recentior & incerti autoris foret, tum quia prolixior eſſet, quàm quæ ad Primam legi deberet; texturn verò Martyrologij retinendum eſſe, quia antiquitate magnâ pollebat.*

Ad hæc verba D. Archiepiſcopi cuncti facilè acceſſimus, quia ſapienter eum locutum eſſe cognovimus, neminique in mentem venit, hæc antiqua Martyrologij verba ullo pacto *obeſſe*, ut ait Gaudinus, *communi de aſſumpto corpore*

Virginis fidelium religioni, quos quidem piè *id credere*, sed *verè nescire* censebamus.

Multò minùs D. Archiepiscopus delegatos admonuit, *ne quid contra priscam hâc in re traditionem fieret*. Neque enim hanc admonitionem nobis facere poterat, cùm in ipsis verbis Martyrologij vetustissimi *antiquam traditionem* propriis oculis cerneret.

lissent, nec omisissent *1 illud, Usuardi verba non pugnare cum Assumptione B. Virginis, itum est quidem in eam sententiam, ut describerentur in novo Martyrologio, aliquot apertè reclamantibus, *2 tum ob alias causas, tum quód negarent rem, ut par erat, expositam fuisse *3 illustrissimo Archiepiscopo. Hæc dum agerentur in Capitulo, aliò vocatus non in-

*1 De Canonicis à Capitulo deputatis Gaudinus loquitur, quasi ipsi causam Usuardi ita suam fecissent, ut aliquod exinde copiosũ emolumentum capturi essent, cùm nihil aliud eos moveret, quàm antiquæ traditionis amor ac veneratio, quæ fidei Christianæ regula est certissima, quamq; prætergredi prohibitum est, ac valdè periculosum.

*2 Unus omninò tantùm reclamavit, si benè memini, nempe Nicolaus Ladvocatus Gaudino in hâc re confœderatus, & novitatum, quas nobis objicit, sectator eximius, res omnes veteris Ecclesiæ novas appellare solitus.

*3 D. Decanum apertè ac nimis audacter Gaudinus hîc falsi insimulat, qui rem aliter, quàm par erat, D. Archiepiscopo exposuerit. Ubi iudicium hominis? ubi moderatio sacerdotis? ubi

terſui. Sed cùm ab Canonicis, qui ſtabant contra Vſuardum accepiſſem, nondùm lectam fuiſſe cõcluſionem, quam vocant, eâ de re factam, ubi poſtridiè *1 pro more legi cæpit, acriter *2 cum illis interceſſi, ne confirmaretur. Quin & adductis rationibus plurimis ac teſtimoniis *3 (quantùm ſaltem per

reverentia Canonici erga ſui ſodalitij præſidem?

*1 Non poſtridiè, ſed ſequenti Capitulo.

*2 Quaſi verò nullus in Capitulo extitiſſet, qui ſatis ſacrarum rerum peritus fuerit, ut collegas officij ſui monere valuiſſet, ſed expectandus foret Gaudinus, qui eos doceret. Quaſi tot pij atque eruditi ſacerdotes ab octingentis ſuprà annis devotione congruâ in ſanctiſſimam Dei Genitricem caruiſſent, atque etiamnunc carerent, ut ſolus tandem Gaudinus ejus gloriam aſſerere poſſet. Is tamen hactenùs apud nos devoti nomen famoſum haud aſſecutus eſt, licet aliquando in choro Roſarium ſumat in manibus, cujus extremi tantùm globuli propendent. Quidni etenim par pari referens hanc ejus devotionem publicem, qui me in libro ſuo * commendat, quòd *in recitandis horis Canonicis diu, noctu, ſummâ cum attentione* (utinam ſaltem in hoc verè locutus fuiſſet) *non aſſiduus modò, ſed & ferè perpetuus ſemper fuerim?*

*3 Unicum teſtimonium Gaudinus attulit ex Petro Aurelio, quem tanti etiamnunc facit, ut in eâ re, de quâ nunc agitur, omnium Patrum autoritati eum præferat, in aliis maximè ipſi infenſus, ac reluctans.

* c. 2. p. 22.

temporis angustias licuit) fidem feci, *1 Usuardi verba antiquæ ac probatæ *2 in Ecclesiâ de assumpto corpore Virginis sententiæ adversari. Quapropter cùm Canonici, qui tunc frequẽtes aderant, uno velutiore professi essent, non passuros se aliquid decerni quod communi, suæque, præsertim hâc in re, sententiæ contrarium esset, statutum est *3 conclusioni vim ac confirmationem non addendam, sed iterum adeundum illustrissimum Perefixiũ, cujus judicio res tota conficeretur. *4 An id actis *5 Capi-

*1 Nempe αὐτὸς ἔφα.

*2 Contrarium posteà manifestè probabitur, Usuardi nempe verba antiquæ ac probatæ fidei in Ecclesiâ verum testimonium ferre, ejusque sententiæ maximè convenire.

*3 Nihil omninò contrà statutum est. Sed cùm D. Decanus vir prudens adverteret, Gaudinum & Ladvocatum plura inquietè effutire, quorum etiam alter se rem ad judicium forense deducturam minitabatur, & dicerent D. Archiepiscopum de novo declarâsse, rem sibi minùs cognitam fuisse, sententiamque mutasse, ad eos compescendos, nullis Canonicorum suffragiis expetitis, sed tantùm ex se ipso protulit, quòd si D. Archiepiscopus aliquid aliud Capitulo notum faceret, tunc delegatos denuò illum, quando vellet, adituros, ut eum audirent & ad Capitulum referrent.

*4 Nunquàm Capitulum sic loquitur, nec ipse D. Archiepiscopus res ita ex arbitrio suo definit, ut Capitulo sua libertas opinandi non stet.

*5 Si id actis Capituli consignatum fuisset, sicuti Gaudinus enarravit, instrumentum falsi

tuli cõsignaverit scriba, *1 nescio. Vnum scio, rem ita definitam esse, *2 idque quotquot aderant, Canonicos testificaturos. *3 Vndè non rectè ab eodem scribâ factum est, cùm revocatam *4 eo quo diximodo conclusionem, nec posteriùs confirmatam *5 dissertationis autori tradidit.

meritò argueretur, quia reverà multa contra veritatem contineret.

*1 Nos Notarium appellamus. Sed & ille quoque Canonicus est, & vir fide dignus.

*2 Si res ità definita fuisset, conclusio ità loqueretur, præsertim cùm in Capitulo sequenti lecta fuerit, ideóque comprobata.

*3 Nullum credo Canonicum, qui rei benè meminerit, aliud testificaturum, quàm quod actis Capitularibus consignatum est.

*4 Nullo modo conclusio illa revocata fuit, cùm nulla suffragia de novo expetita dataque fuerint; nec aliam conclusionem contrariam Gaudinus proferre potest, quæ certè reperiretur in actis, si prior revocata fuisset.

*5 Cùm conclusiones in Capitulo sequenti lectæ sunt, nec specialiter revocatæ, confirmatione non egent. *Nec enim conclusionum lectio fit, ut aliquid innovetur, vel immutetur, sed tantùm ut judicetur per Dominos, si Notarius intentionem & mentem Dominorum rectè conceperit, & scripto redegerit. Et si alij Dominorum habeant quod dicant contra conclusiones lectas Capituli præcedentis, remittitur judicandum Capitulo generali tunc proximè sequenti.* Hæc est ratio

lectionis conclusionum explicata in conclusione quâdam Capituli generalis Paschatis habiti die Mercurij 20. Aprilis 1616. ex quâ præcedentia verba ego deprompsi.

Itaque si Gaudinus & Ladvocatus duas rationes contra conclusionem primæ diei mensis Augusti anni 1668. in Capitulo generali S. Martini sequenti exposuissent, sicuti se facturos esse promiserant, neque adeò pertinaciter in corrumpendo Martyrologij antiqui textu perstitissent, veluti etiamnunc persistunt, nec ego *de verbis Usuardi* quidquam scripsissem, nec illi titulos istos speciosos, sed reverà scandalosos, in publicum emisissent, *Assumptio Mariæ Virginis vindicata*, & *Vindiciæ Parthenicæ*, qui simplices quidem acuunt & extimulant, sed quibus, dum Usuardum, méque plebeculæ odiosum contrà charitatem fraternam reddere conantur, sese ipsos doctis ridiculos præbent.

Cùm primum autem de his certior factus est illustrissimus Archiepiscopus, jussit afferri *1 Martyrologium Usuardi, lectisque semel atque iterum verbis supra memoratis, quæ primâ vice cursim tantùm coram ipso lecta fuerant (si modò lecta fuerant *2) ac re maturè perpensâ vete-

*1 De his, quæ me absente, illustrissim⁹ Archiepiscopus egit taceo, quia mihi ignota fuêre: neque enim soleo quidquam proferre, quod mihi ignotum est. Hîc licebit Gaudino quidquid ipsi libuerit, me non contradicente, referre.

*2 Dubitatio ingeniosa, sed maligna, quasi D. Decanus & Canonici delegati quid-

rem ac certam de assumpto corpore Virginis traditionem *1 iis convelli censuit. Neque modò suam hac in re mentem referri ad Capitulum voluit, *2 sed eam quoque aperuit pluribus Canonicis, qui fortè per id tempus ipsi adfuerunt, rationibus etiam adductis, cur Vsuardi verba non posse aliter intelligi existimaret. Quid multa? vetuit, *3 ne in novo Martyrologio mentio ulla fieret Vsuardi ad diem xv. Augusti. De homiliâ quoque incerti autoris non repugnavit, quin omitteretur. Ac tandem pro suâ prudentiâ, summâque erga Romanam Ecclesiam reverentiâ *4 quidquam vetuisse, quandoquidem de hâc prohibitione nihil Capitulo innotuit.

quam fraudulenter & clandestinè eâ in re agere voluerint. Quid si ipse D. Archiepiscopus manibus suis Martyrologium nostrum Parisiense contrectavit, oculisque propriis perlustravit? Namque, nisi mea me memoria fallit, sic factum arbitror.

*1 Traditionem nempe illam veterem ac certam, quã finxit Gaudinus ex iis autoribus, qui à Pseudo-Melitone per Gelasium Papam damnato sua scripta concinnârunt.

*2 Nihil hactenùs eâ de re ad Capitulum ex parte illustrissimi Archipræsulis relatum est.

*3 Non opinor sapientissimum Antistitem eâ in re

*4 Equidem non credo illustrissimum Archiepiscopum *pro suâ prudentiâ summâque* ergà codices sacros antiquos Ecclesiæ Parisiensis *reverentiâ* quidquam innovaturum in re tanti momenti, quæ traditionis antiquæ notam ac documentum evertit, ideóque ipsam traditio-

nem penitùs eradicat. statuit, *1 ut deinceps hæc dumtaxat verba ex Martyrologio Romano *2 legerentur.

*1 Nihil hactenùs D. Archiepiscopum statuisse audivi. Eâ profectò sapientiâ præditus est, ut nihil in re cum Capitulo deliberandâ ac definiendâ statuturus sit, eo inconsulto ac dissentiente.

*2 Martyrologium, quod hic Gaudinus Romanum appellat, est novum illud Martyrologium quod Petrus Galesinius Protonotarius Apostolicus composuit, & Gregorio Papæ XIII. inscripsit. Hoc opus titulo Martyrologij S. Romanæ Ecclesiæ eum prænotasse Andreas Saussayus observavit, * non tamen idem cum Romano esse. Totam enim illius texturam ejusdem Galesinij propriam esse: ita ut istorum verborum *Assumptio sanctissimæ Genitricis Dei Mariæ* Galesinius aliquo pacto, saltem in isto Martyrologio, autor nuncupari queat. Nec enim negamus, quin in aliis antiquioribus eadem, vel similia verba existant. Posteà Eminentissimus Baronius hocce Martyrologium suis notis illustravit, *doctis*, quis negat? *& laboriosis*: quâ de causâ Martyrologium etiam Baronij appellatur. Verumtamen nescius sum, an omnes hodiè Basilicæ Romæ Martyrologio isto recentiori utantur. Nam Joannes Molanus testatur † suo etiam tempore *Ecclesiam S. Petri uti Martyrologio Venetiis impresso anno 1560. quod Alexander* *Pere-*

* In apparatu ad Martyrol. Gallic. c. 19. n. 11.

† In ep. ad Usuardum c. 10.

Peregrinus Brixiensis Iulij III. Sacellanus operâ suâ emendatum edidit. Ecclesiam autem Lateranensem uti Martyrologio apud Hieronymum Cavalcalupum anno 1564. impresso. Quin & idem Molanus non obscurè docet cap. 4. de Martyrologiis *Romanam Ecclesiam Vsuardo aucto uti.* Vixit autem Molanus ad annum usque 1585. quo Lovanij vitâ functus est 18. Septembris. Quidquid sit, Martyrologium istud Romanum Baronij, qui anno 1607. obiit, procul dubio novum est. Martyrologium autem Usuardi vetus quoque Martyrologium Romanum fuit, atque ita nuncupari debet; diù quippe Romæ usitatum, atque etiam ad usque Galesinij ac Baronij tempora. Itaque si Ecclesia Parisiensis verba Martyrologij Romani Baroniani sibi propria in posterum facit, hoc pacto verba veteris Martyrologij Romani in Ecclesiâ Parisiensi excludentur à verbis Martyrologij Romani recentioris.

At forteàn, inquient, quid mali, si Martyrologium Romanum pro Martyrologio Romano legatur? Martyrologium quidem Usuardi Romanum fuit, sed tantummodò approbatione atque usu. Est autem origine totum Gallicum seu Francicum, ab Usuardo nempe Franco, & in Franciâ ac verisimiliter Parisiis confectum, & Senonensi primùm Ecclesiæ Primariæ Galliarum atque Germaniæ, deinde Parisiensi, cæterisque Franciæ Ecclesiis (ut earum vetera Martyrologia indicant, *quæ omnia Vsuardi esse* Molanus

testatur, *1 *sed aucta*) à Carolo Imperatore ac Rege Franciæ oblatum. Posteà *lectionibus moralibus disciplinæ Ecclesiasticæ regulam continentibus* ex Isidoro Hispalensi Episcopo, & ex Concilio Aquisgranensi anni 816. desumptis locupletatum est. Conventum autem huncce Aquisgranensem Ludovicus Pius Imperator ac Rex Franciæ ideò convocârat, *2 ut hæc *regula* seu *institutionis forma* ad usum Canonicorum à Patribus Concilij conderetur. Quo facto Martyrologiis ferè omnibus Usuardi Ecclesiarum Imperij Occidentalis usui jam mancipati insertæ sunt. Unde liquet Martyrologium istud nostrum Parisiense, ut primitùs Gallicanum ac Francicum fuit, ita etiam prorsùs Imperiale ac Regium censeri debere, ideóque venerabilius esse, atque intemeratè servandum.

Dicent iterum fortassè, quòd Carolus ipse Romanum cantum *3 olim in Gallias introduxit, *4 lib. 1. Capitul. c. 80. & lib. 5. c. 219. & Gregorianum officium, quod Adrianus Papa universaliter Ambrosiani loco observari statuerat, ubique recipi procuravit. Verùm Guill. Durandus annotavit *5 Carolum ad id *Clericos minis & suppliciis per diversas provincias coegisse, & libros Ambrosiani officij combussisse.* Nec tamen officium Romanum integrè recipi præcepit. Nam *per manum Pauli Diaconi lectiones unicuique festivitati convenientes in Ec-*

*1 Cap. 4. de Martyrol. *2 v. in præf. Concilij.
*3 v. in Glossario P. Pithoei ad verb. *Cantus Gallicanus*, & *Missa*. *4 Sigebert. in chron. an. 774. & 790. *5 l. 5. c. 2. n. 5.

clesiâ legendas compilari fecit teste Sigeberto *1 Nec etiam Ecclesiæ Franciæ sua officia atque usus antiquos, quorum depositariæ sunt, ad officium atque usum Romanum penitùs conformari passæ sunt. Cujus quidem libertatis Ecclesia Parisiensis testimonium luculentum dedit anno 1583. quo, cùm illustrissimus Petrus Gondius Episcopus Parisiensis, nescio quo motu, Breviarium ac Missale Romanum à Capitulo admitti postulasset, Capitulum illustrissimum Episcopum rogavit, ut ab incepto desisteret, suumque Breviarium ac Missale vetus retineri ac repurgari statuit conclusione 11. diei mensis Maij ejusdem anni 1583. Quam quidem Capituli deliberationem sacræ Theologiæ Facultas, multis rationibus adductis, scripto publico comprobavit: inter quas *concordia discors* diversarum precum ac divinorum officiorum maximè commendatur; *cùm Deus magis laudetur in multitudine & varietate mirabilium ipsius.* Nam *adstitit Regina à dextris sponsi circumamicta varietate.* Et *mirari* debet suum *Gallia Marcellum, dum Roma Sylvestrum*, &c.

Hoc Ecclesiæ Parisiensis exemplum posteà Ludovicus Servinus Advocatus in amplissimo Senatu Regius adhibuit in causâ illâ celebri, quæ agitata est anno 1603. inter Carolum Mironem Episcopum Andegavensem, & Canonicos Basilicæ S. Trinitatis Andegavensis, in quam Episcopus auctoritate propriâ Officium Roma-

*1 An. 807.

num invehere attentârat. Sed ipsi inhibitum est placito Curiæ 27. Februarij ejusdem anni 1603. *in servitio*, quod ajunt, *divino absque auctoritate Regia quidquam innovare.* *1

Nec certè Ecclesia ipsa Romana hanc Ecclesiæ Gallicanæ in servandis suis *Canonibus* atque usibus constantiam olim improbavit, ut patet ex Hormisdâ Papâ apud Gratian. can. *si quis Diaconus* 29. dist. 50. Tarraconensi Concilio anni 517. sub eodem Papâ celebrato can. 11. & B. Gregorio PP. can. *novit.* dist. 12. cujus ad id verbis Radulphus de Rivo Decanus Tungrensis utitur in libro de canonum observantiâ, propositione 4. *2 Neque etiam nuperis temporibus Pontifices Romani antiquos istos diversarum Ecclesiarum usus convelli postularunt: imò potiùs eos approbantes, intactos esse voluerunt, illisque commodos ac faventes sæpiùs se præstiterunt, atque etiamnunc libenter præstant.

Dicent fortassè Gaudiniani, de toto officio immutando hîc non agi. De toto quidem non agitur, sed de textu, qui spectat aliquatenùs ad fidem, cujus alicubi notam atque documentum restare expedit; nec ubi id perstat, aboleri bonum est; ne quod cum *pietate creditur*, sublato isto documento, *de certitudine omni humanâ naturali majore*, admodum rei in sacris literis revelatæ credi debere dicatur, injiciaturque conscientiis laqueus, quem hactenùs Ecclesia non excogitavit. Adde quòd Facultas Theolo-

*1 Thuan hist. lib. 129. *2 v. tom. 10. Bibl. Patr. p. 1107. 1108.

gica inter rationes, quibus deliberationem supradictam Capituli Parisiensis anni 1583. comprobavit, sapienter tunc pronunciavit, quòd *Talis immutatio hæreticos juvaret atque delectaret, quasi in errore aut inscitiâ fuissent Patres Catholici in re tantâ, &c.* Et iterum quòd *Hoc propositum convellit, non sine magno religionis detrimento, consuetudines & traditiones Ecclesiasticas; quod non potest fieri sine Catholicorum scandalo, atque hæreticorum elatione, qui gloriabuntur nostram talem immutationem esse argumentum præcedentis erroris atque inscitiæ in religionis catholicæ professione, idem concludendo de ejus persuasione & doctrinâ.*

Gaudinus igitur nec more *boni*, quod ajunt, *Franci* nec prudentis Theologi locutus est, nec ipsi illustrissimo Archipræsuli Parisiensi honorem præstitit, cùm in eâ re, de quâ nunc agitur, scribit, *1 eum *pro suâ prudentiâ, summâque ergà Romanam Ecclesiam reverentiâ statuisse, ut deinceps* in Ecclesiâ Parisiensi *verba ex Martyrologio Romano legerentur*, cùm id statuere, esset contra jus Regium, contra legem Regni, contra libertatem Ecclesiæ Parisiensis cæterarumque Franciæ Ecclesiarum, contra ipsius Ecclesiæ Romanæ votum ac desiderium. Quæ omnia certè D. Archiepiscopum *pro suâ prudentiâ, summâque* erga jura Regis, legesque Regni, ac libertates Ecclesiæ Francicæ, atque suæ, *reverentiâ*, quidquid dixerit Gaudinus, haud vio-

1* c. 1. p. 13.

laturum esse credo, sed *reverentiam* suam ergà Romanam Ecclesiam, quam maximam ipsi deberi omnes profitemur, in aliis rebus, & quando præstari debebit, haud cunctanter exhibiturum.

*1 *Assumptionis* verbum nunquam impugnavimus, nec negamus, quin apud Latinos usitatius etiam fuerit, quàm *Dormitionis*. Usuardus ipse utrumque usurpavit, *Assumptionis* in vigiliâ, *Dormitionis* in festo. Sed ubicunque alterutrum reperiatur, ibi derelinquendum esse dicimus, nec à veteri possessione deturbandum. At non inter nos de solâ *Dormitionis* voce disceptatur. Nam quid fiet de verbis sequentibus, quibus Usuardus de *inscitiâ Ecclesiæ* testimonium præbuit? in hoc enim summa controversiæ nostræ consistit. Hanc autem *inscitiæ* notam Usuardus fastis Ecclesiasticis inserere voluit, quâ traditionem Ecclesiæ, quam planè noverat, in ipsius Ecclesiæ ore collocaret. Quapropter non dubitamus, quin ibi integra intactaq; permanere debeat, quia traditio inviolabilis esse debet. Qui autem traditionis notam expungit, traditionem quoque ipsam indubitanter infringit. Nec profectò alius est adversariorum scopus; qui quò magis *certitudinem* hanc suam *omni humanâ naturali majorem* propugnant, eò minùs in supprimendâ veteris *inscitiæ* notâ audiendi sunt, ne manentibus ipsorum libris *inscitia* vetus expuncta dicatur, quia *certitudo* noviter inventa, quæ *inscitiam* istam *piamque credulitatem* ei

*1 *Assumptio sanctissima Dei Genitricis Mariæ.*

concordem apertè destruit, jam pro ratâ comprobatâque habetur, ac pro lege in posterum adversùs antiquam traditionem habenda est: quæ potiùs ob consequentias quas importat, prorsùs ejicienda videtur. Denique num ita codices antiquos Ecclesiæ mutilare licet? num ex ejus sinu sacrato monumenta venerandæ antiquitatis fas est eruere atque evertere? Num reprehensionis ansa dari debet hæreticis, qui nobis objiciant, quòd traditionis priscæ vim quasi inexpugnabilem ipsis opponentes, eandem tamen traditionem, ubi libuerit, è libris nostris facilè eradicamus, ejusque memoriam atque nomen obruimus? Num fidem pristinam immutare decet, quò nobis heterodoxi imputent eam ad gustum popularis credulitatis haud habitâ veteris ævi ratione nos accommodare? Quid hoc injuriosius? Quid Ministro Claudio in controversiâ de perpetuitate fidei circa augustissimum Eucharistiæ Sacramentum commodius atque favorabilius?

En rei totius historiam, *1 ex quâ occasionem sumpsit Dissertator *2 scribendi, edendique operis.

*1 Gaudinus suam relationem historiam vocat, quæ merum figmentum appellari debet.

*2 Me ubique Gaudinus cum suo Ladvocato *Dissertatorem* appellat, suo more jocans potiùs quàm improperans. Nam quis dicat *Dissertatoris* nomen contumeliosum esse, cùm verba *disserto*, *dissertatio*, *dissertabundus*, à quibus *dissertatoris* verbum uterque fin-

xit, in malam partem accipi nequeat? A *dissertatione* meâ me *dissertatorem* vocârunt. Egregium verò & ingeniosum inventū! At saltem latinum verbum usurpare debebant, cùm se purioris loquelæ magistros, meam latinitatem carpentes, non obscurè glorientur, neque millies *dissertatoris* vocabulum afferre, quod nec Calepinus, nec Robertus Stephanus à quoquam Autore dictum annotarunt. Neque enim sequitur *dissertatorem* dici latinè, quoniam *dissertatio* dicitur. Sed non minùs juris sibi esse Gaudinus arbitratus est, verba nova condere, quàm *certitudinis omni humana naturali majoris* autorem se præbere, vir nempe non minùs eloquentiæ summus arbiter, quàm Theologiæ Magister primarius. Quidquid sit, pro Usuardo à Romanâ Ecclesiâ comprobato *dissertator* esse malim, quàm pro Pseudo-Melitone, à Gelasio Papâ in Concilio Romano inter apocryphos relegato *Commentor.*

*1 *Eo consilio dissertator* iste scripsit, ut conclusio Capituli Parisiensis, cui intenderat, intacta permaneret, nec antiqua traditio Ecclesiæ, quam Gaudinus & Ladvocatus impetebant; præstigiis verborum, quæ passim contrà spargebant, labasceret.

Quo consilio, *1 dicere quis possit? Cùm enim ex sententiâ illustrissimi Archipræsulis, *2 quam summis votis amplexi

*2 Hanc *sententiam illustrissimi Archipræsulis*, quam toties jactat Gaudinus nemo mihi indicavit. Quæ, tametsi vera esset, rata fieri nequiret,

niſi accedente Capituli conſenſu.

ſunt Canonici , *1 actum ſit de fortunâ Vſuardi ,*2 cùm cauſâ planè ceciderit ,*3 & quæ lata eſt in eum cenſura , *4 executioni propediem ſit

*1 O dicti audaciam! Quomodò *ſummis votis amplexi eſſent Canonici ſententiam*, de quâ ne verbum quidem fuit in Capitulo?

*2 Bona verba quæſo. Siccine jocaris veterem Eccleſiæ ſcriptorem? Siccine illudis Autori Imperatorio ac Regio? De fortunâ verò Uſuardi hîc non agitur, ſed de totius Eccleſiæ Occidentalis calamitate. Quidni enim calamitatem Eccleſiæ vocem, traditionis ejus antiquæ labefactionem?

*3 Triumphum ante victoriam, Gaudine, occinis. Uſuardus quidem causâ apud te cecidit, ſed non apud doctos antiquitatum chriſtianarum aſſeclas.

*4 O audaciam hominis? ubi cenſura lata ab illuſtriſſimo Archipræſule contra Uſuardum? ubi Theologi Sorbonici, qui tantum virum cenſurâ dignum eſſe judicârunt? Equidem in honorem ſacræ Facultatis dicere auſim, nullum ibi doctorem fore, qui Uſuardum ſuo calculo condemnare velit, ne quidem iis exceptis, qui libri tui, Gaudine, approbationi ſubſcripſerunt: Multos autem fore contrà exiſtimo, qui *certitudinem* tuam *omni humana naturali majorem* cenſurâ dignam eſſe pronuntient. Dederunt tui approbatores, ut ſæpè fit, aliquid opinioni vulgi, non examinatâ penitùs quæſtione, nec ſecretis à vero fabuloſis. Certè non vereor affirmare, nec ipſos Lad-

vocati approbatores, qui cum encomio in ejus libro se *agnovisse doctrinam, quæ sinceræ, antiquæ & publicæ erga sanctissimam Virginem in cœlos cum corpore Assumptam venerationi consentanea est,* protulerunt, si traditionem Ecclesiæ juxta Usuardum, quam infrà explicabo, & traditionem Ecclesiæ juxta te, quam etiam discutiam, propiùs inspicere voluerint, non vereor, inquam, affirmare, quin juxta Usuardum pronuntient: tantùm abest ut eum censurâ illâ, quâ nimis audacter ac superbè autoritate propriâ illum percutis, dignum opinentur.

*1 Contrarium manifestè ostendunt verba hæc conclusionis capitularis superiùs exscriptæ, *conclusum est &c. non ampliùs legendum esse in choro ad Primam oblongum sermonem seu homiliam, quæ in festo Assumptionis beatissimæ Virginis Mariæ aliquot abhinc annis legitur; sed deinceps legendum id quod in codice Martyrologij proprio in loco descriptum antehac legebatur ex Usuardi Martyrologio desumptum, fuitque rogatus D. de Tudert novum codicem Martyrologij, cujus descriptionis curam suscepit, in hunc modum disponere.*

demandanda ab eo qui Martyrologium, omissis Usuardi verbis, *1 jussus est describere, quæ spes reliqua dissertatori?

Sed hæc satis superque sunt de iis quæ ad Capitulum Parisiense capitularemque conclusionem spectant. Nunc de secundâ exceptione agendum videtur, quâ Gaudinus sibi os occludi

posse prævidit, hoc est, de traditione antiquâ tam Ecclesiæ Parisiensis, quàm aliarum, quæ Usuardum amplexæ sunt. Hanc ut eluderet, sibi in animum induxit, traditionem quandam fingere atque commentari, quam etiam ab ipsis Apostolis deduxit (*mirabile dictu*!) Nam reverà totam hancce controversiam traditione solâ posse ac debere concludi definirique non negavit. Itaque operæpretium est cognoscere, quæ sit illa vera atque legitima Ecclesiæ traditio, quæ prævalere debeat. Id ut evidentiùs pateat, & oculis simul ac mente percipiatur, tabulas parallelas duarum traditionum lectori exponam, unius juxta Usuardum, alterius juxta Gaudinum, de quibus unicuique pronunciare licebit.

At prinsquàm id exequar, paululùm subsistam circà verba *Dormitionis* atque *Assumptionis*, de quibus plura Gaudinus attulit, quorum quædam futilia sunt, veluti cùm scribit, *1 *vulgò dici res assumi, quæ mole aliqua sive corpore constant, unde assumantur.* Namque assumuntur & levia & incorporea, de quibus ad Calepinum ille ablegandus est. Deinde verbum *evehere* multò magis de rebus corporalibus dicitur, quàm *assumere*. Quis tamen dicat, S. Nicasium & socios ejus post mortem corporaliter in cælum *evectos fuisse*, quia Ecclesia Parisiensis die 9. Decembris hanc Collectam recitat, *Deus, qui hodierna die beatissimum Antistitem Nicasium, sociosq; ejus vitalis mortis merito evexisti ad cælos?* Nugæ.

*1 c. 4. art. 1. p. 51.

Alia ſunt parùm expendenda. Primùm enim conſtat, velit nolit Gaudinus, verbum *Dormitionis* etiam apud Latinos multoties ad ſignandum Aſſumptionis Virgineæ feſtum in uſu fuiſſe, veluti apparet ex iis, quæ in diſſertatione meâ fuſiùs expoſui, *1 cùm ex Martyrologio ab Heriberto Roſvveydo è Societate Jeſu Preſbytero pro veteri Romano publicato, in quo *xviij. Kal. Sept.* legitur *S. Maria Dormitio*; ex Martyrologio Adonis, qui ſequutus eſt Uſuardum; ex Calendario veteri S. Germani Pratenſis, *2 in quo ſcriptum eſt *Dormitio ſanctæ Dei Genitricis:* tum ex Calendario aureis caracteribus exarato à Joanne Frontone Canonico regulari S. Auguſtini pro Romano in publicum emiſſo, in quo hæc habentur, *xv. die Auguſti ſolemnia de Pauſatione ſanctæ Mariæ*; ex appendice ſacramentarij S. Gregorij, teſtante Gavanto in theſauro ſacrorum rituum c. 10. de feſtis SS. m. Aug. & ex collectâ illâ quæ olim in Breviario Pariſienſi ad Primam legebatur, & etiamnunc in Miſsâ vigiliæ legitur, *Concede miſericors Deus*, in quâ *requies ſanctæ Dei Genitricis* exprimitur. *3 Id autem iterum confirmari poteſt ex Sergio Papâ apud Anaſtaſium in Pontificali libro, *4 ex ordine Romano repetito ab Albino Flacco, *5 & ab Amalario Fortunato. *6 In Martyrologio Bedæ puro puto, quod Godefridus Henſchenius Actis ſanctorum Martij præfixit, habetur *xviij. Kal.*

*1 Pag. 18. & ſeqq. *2 v. p. 41. *3 v. p. 43.
*4 De Purific. B. Mariæ. *5 De divin. Offic. c. de Purific.
*6 Lib. 3. c. 43.

Sept. ſanctæ Mariæ Dormitio, ut obſervavit Joan. Launoius in *judicio de controverſia noſtra.* In duobus antiquis Martyrologiis Eccleſiæ Matiſconenſis legitur. *xviij. Kal. Sept. Dormitio S. Mariæ*, ut & in veteri Martyrologio Bibliothecæ Vaticanæ num. 5413. & in Appendice Bibliorum antiquiſſimâ ex eâdem Bibliothecâ volum. 5729. Ita in Martyrologio Lingonenſi MSS. hæc duo verba quaſi promiſcua uſurpantur, *xviij. Kal. Sept. ſanctæ Mariæ Dormitio vel Aſſumptio.* Synodus Moguntina anni 1071. *Dormitionis* voce utitur. Domnizo Preſbyter *1 libro 2. de vitâ Mathildis cap. 14.

Sanctæ Dormitio Virginis, atque
In medio menſe, qui ſextus noſcitur eſſe.

Eckerhardus junior Decanus S. Galli *2 de caſibus S. Galli cap. 11. *Juſſo etiam Kebone in loco ipſo uſque ad Dormitionem Mariæ hoſpitari.* Dormitio autem manifeſtè accipitur pro *morte* ex *Dormitione B. Annæ* in Calendario Græcorum 25. Julij.

Sed & apud Æthiopes & Abyſſinos Aſſumptionis feſtum xvj. Auguſti *Migrationis* nomen accepit, ſi quidem Joan. Michael Vvanſlebius Erfordienſis *3 ordinis Prædicatorum ex Conventu Minervitano Romano verbum Æthiopici cujuſdam libri Synodorum MSS. *4 quem cum

*1 Floruit tempore Henrici IV. & V. Imperatorum; editus eſt à Gretzero. *2 Floruit tempore Friderici II. & Innocentij Papæ III. editus eſt à Goldaſto tom. 1. Alemannicorum. *3 In Turingiâ. *4 Titulus eſt. *Liber Synodorum complectens conſtitutiones S. Clementis Rom. & Canones SS. Apoſt. &c.*

pluribus aliis MSS. ex Æthiopiâ & Ægypto in Franciam advexit, & latinitate donavit *Migrationem* interpretatus est. Nec omittendum videtur, quòd in eodem Codice fit mentio XXI. Januarij alterius festi B. Mariæ Virginis, quod *obdormitionem* appellavit. Verba textûs Æthiopici ex Epistolâ *1 Lerâ Jacobi Regis Æthiopiæ juxta interpretationem Vvanslebij hæc sunt: *Celebretis itaque festum Nativitatis Unicæ meæ* (de S. Mariâ Virgine intelligit) *primo die Maij. Vigesimo primo Ianuarij obdormitionem. Migrationem illius decimo sexto Augusti. Festum autem Filij Domini nostri Iesu Christi vigesimo nono Decembris, quo die natus est, illudque celebretis in Bethleem.* Ad verbum autem, *Migrationem*, hæc est Vvanslebij nota. *2 *Hoc modo vocant Abyssini festum Assumptionis B. M. V. quod magna solemnitate instar Resurrectionis Christi per sex integros dies celebrant, prout constat ex MSS. quodam &c.* Ex quibus verbis liquidò apparet, Assumptionem B. Virginis, sive in corpore (ut Abyssini eam *piè credere* videntur, à quibus non dissentimus) sive extrà corpus, varia nomina accepisse, quæ etiam Assumptioni corporeæ, quasi rei certæ atque indubitatæ non conveniunt. In Calendario Syrorum *3 solemnitas Assumptionis appellatur indistinctè, *Festum*

*1 Hæc epistola est initio Codicis ante Synodicas constitutiones. *2 Alia est etiam ibi nota, quâ Vvanslebius dies quorumdam suprà festorum Æthiopum & Abyssinorum à nostris diebus non discordare ostendit. *3 Præfixo Psalterio Genebrardi.

Genitricis Dei, nulla mentione factâ *Dormitionis* vel *Aſſumptionis*.

Quin & aliquando ad ſignificandum ſanctorum obitum Eccleſia uſa eſt verbo *aſcendere*, ut liquidò apparet ex lectione ſexta diei 21. Martij tam in Breviario Romano, quàm Pariſienſi, in quâ *dilectus Domini Benedictus in cælum aſcendiſſe* dicitur.

Apud Græcos autem quòd verbum frequens ac vulgò uſitatum κοίμησις, & verbum aliquando uſurpatum μετάστασις idem ſignificent, liquet cùm ex homiliâ S. Joannis Chryſoſtomi 45. in Geneſim, *1 in quâ de juvenibus, ac teneris virginibus quæ derideant mortem, ſic loquitur; οὐδὲ γὰρ θάνατός ἐστι λοιπὸν, ἀλλ' ὕπνος, καὶ ἀποδημία καὶ μετάστασις ἀπὸ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ βελτίω. *Nihil enim aliud mors eſt ultrà quàm ſomnus & peregrinatio, & tranſmigratio à deterioribus ad meliora*, tùm ex Menæis Tilianis antiquis MSS. Græcorum caſtigatiſſimis die 1. Julij de SS. Anargyris Coſmâ & Damiano; 22. ejuſdem menſis de S. Mariâ Magdalenâ; & 25. de S. Annâ: quæ curſim annoto ex ampliori obſervatione Religioſi cujuſdam doctiſſimi, amici mei, quam in manibus habeo. Xanthopulus in ſynopſi ſanctorum, κοίμησιν ἁγνῆς τὴν μετάστασιν λέγω.

Dormitionem caſtæ (hoc eſt Virginis) *tranſitum dico*.

*1 In cap. 20. tom. 2. p. 641. edit. Pariſ. an. 1621.

Τὴν ὑπερένδοξον τῆς ἁγίας Θεοτόκȣ μετάϛασιν in ſcholio Theodori Balſamonis ad Photij Nomocanoni, tit. 7. c. 1. Gentianus Hervetus interpretatur *Glorioſiſſimam ſanctæ Dei matris emigrationem*, ut & antea τὴν τοῦ ἀποϛόλου καὶ εὐαγγελίϛου Ιοάννου Θεολόγου μετάϛασιν. *Apostoli & Evangeliſtæ Ioannis Theologi emigrationem*, quam H. Agylæus perperàm interpretatus fuerat *Ioannis exaltationem*. Alij Joannis μετανάϛασιν *exilium* legunt.

Aſſumptionis quoque vocabulum non infrequenter ad ſignificandam fidelium, ac præſertim ſanctorum virorum mortem, uſurpatum fuiſſe teſtantur *Aſſumptio S. Philippi Apoſtoli* die 1. menſis Maij in codice MSS. 500. & ampliùs annorum ex Bibliothecâ Patrum S. Germani Pratenſis, *1 in quo plurium ſanctorum vitæ continentur, *Aſſumptio S. Ioannis Evangeliſtæ apud Epheſum* VI. Calend. Ianuar. in vetuſtiſſimo Martyrologio, S. Hieronymi nomine inſignito & in aliis, *2 quam Aſſumptionem, velit nolit Gaudinus, oportet ut accipiat pro dormitione ac morte S. Joannis. Quamvis enim quibuſdam perſuaſum fuerit, Joannem Evangeliſtam corporaliter aſſumptum fuiſſe, iſtud tamen Eccleſia nunquam ſibi perſuaſit, ſed facilè hoc verbum indulſit, quia mortem quòque Joannis ſignificare poterat. S. Hieronym⁹ eum apertè profert *3

*1 Num. 482. *2 Tom. 4. Spicil. D. Luc. Dacherij p. 618.
*3 In Catalog. ſcript. Eccleſiaſt.

Epheſi mortuum, & juxta eandem urbem ſepultum fuiſſe. In Epiſtolâ meâ ad eminentiſſimos Cardinales Rezium ac Bullonium indicavi Maldonatum *diem Aſſumptionis Chriſti* apud Lucam, *1 *diem Paſſionis ejus* interpretatum fuiſſe; Marianam autem diſertè, *mortis ejus diem*.

Sed & jampridem S. Cyprianus eodem vocabulo uſus eſt in epiſtolâ *2 ad Martyres & Confeſſores de Mappalico, & libro 3. Teſtimoniorum *3 hunc locum Epiſtolæ 2. ad Timotheum, *4 *Ego enim jam delibor, & tempus reſolutionis meæ inſtat*, ſic exponens, *& tempus inſtat aſſumptionis meæ*.

S. Paulinus Nolæ Epiſcopus Amandi precibus animam fratris ſui *temporaliter ab hoc ſeculo aſſumpti* commendat. *5

S. Auguſtinus de puero qui precibus S. Stephani revivixerat, ac denuò mortuus eſt, *baptizatus eſt*, inquit, *6 *ſanctificatus eſt, unctus eſt, impoſita eſt ei manus, completis omnibus ſacramentis aſſumptus eſt*.

Eccleſia Romana de S. Martino cantat in reſponſorio poſt ſeptimam lectionem, *quem Michaël aſſumpſit cum Angelis*.

Apud Gregorium Turonenſem *anniverſarius dies Aſſumptionis* S. Aviti memoratur in libro de gloriâ Confeſſorum cap. 99. qui repetitur in Breviario Pariſienſi 17. Junij lectione 2.

*1 cap. 9. 51. *2 ep. 9. quæ incipit, *exulto lætus & gratulor*. n. 19. in editione Pamelij an. 1603. p. 27.
*3 n. 16. circà fin. *4 c. 4. verſ. 6. *5 ep. 20. p. 190. edit. Antverp. 1622. in 8. *6 Serm. 34. tom. 1. ſupplementi ed. an. 1654.

Ita venerabilis Beda de S. Benedicto Biſcopio, *cujus*, inquit, *1 *hodie venerandam Aſſumptionis diem debitâ ſolemnitate recolimus*. Ita de Oſvvaldo Rege ſcribit, *Ab infidelibus in bello corporaliter extinctus, mox ad ſempiterna animarum gaudia aſſumptus eſt in cælum*. lib. 4. hiſt. c. 14.

Innocentius II. Papa anno 1134. in diplomate *2 quo Hugonem Gratianopolitanum inter ſanctos honorari præcepit, *Diem ejus Aſſumptionis cum gaudio ſolemniter celebrari* ſtatuit.

Ita Alexander III. in Bullâ canonizationis S. Eduardi Regis Angliæ datâ Idibus Febr. 1161. *3 de ipſius morte diſſerens, *Et poſtquàm de præſenti ſeculo eſt aſſumptus*, inquit.

Celeſtinus III. *Deum homines ex luteâ materiâ conſtitutos in conſortium Angelorum & gloriam ſuâ pietate aſſumere* docet, Ubaldum *4 Epiſcopum Eugubinum ſanctorum numero aggregans, in Bullâ data 4. Non. Mart. 1192.

Clemens IV. anno 1267. die 26. Martij *5 Hedvviam Henrici Poloniæ ducis conjugem ſanctis annumerans, de Henrico ipſo ſic loquitur, *6 *Quovſque eſt aſſumptus de medio*.

Plura alia ſunt ejuſmodi, quæ apud Autores Latinos & Græcos legentibus inopinanter occurrunt. Nam & Euſebius mortem Conſtantini Imperatoris in ipſa Pentecoſtes celebritate circà

*1 In Homil. de Sanctis. tom. 7. p 464. *2 Dato Piſis x. Kal. Maij. v. in Bullario tom. 1. p. 18. 10. Launoius indicavit primus. *3 Ibid. p. 23. *4 Ibid. p. 30. indicavit quoque Launoius. *5 Ibid. p. 114. idem Launoius invenit. *6 §. 3.

meridiem referens, *1 πρὸς τὸν αὐτοῦ Θεὸν ἀνελαμβάνετο; inquit, *Ad Deum ſuum aſſumptus eſt.*

Ita Gregorius Nazianzenus Gorgoniæ ſororis ſuæ mortem diverſis vocabulis ſic exprimit : *2 οὕτως ἐκείνη λύεται, ἢ προσλαμβάνεται κρεῖσσον εἰπεῖν, ἢ ἀφίπταται, ἢ μετοικίζεται, ἢ μικρὸν προαποδημεῖ τοῦ σώματος. *Sic illa ſoluitur, aut, ut meliùs loquar, aſſumitur, aut avolat, aut tranſmigrat, aut paulùm ante corpus abſcedit.*

At, inquient, hæc omnia & Græcè & Latinè de aſſumptâ ſanctorum ſolâ animâ intelligenda ſunt, veluti clariùs apparet de Helenâ Conſtantini matre apud Euſebium *3 cujus ψυχὴ πρὸς τὸν αὐτῆς ἀναλαμβανομένη σωτῆρα *Anima ad ejus ſervatorem aſſumpta eſt* : & de quodam apud Bedam in hiſtoriâ Eccleſiaſticâ *4 qui moriens Ceddum fratrem *Cum agmine Angelorum deſcendentem de cœlo* vidit, *& aſſumpta ſecum anima ejus ad cæleſtia regna redire.* Id profectò quod ajunt certiſſimum eſt. At quidni etiam idem de B. Virginis animâ commodè intelligi debeat, non excluſâ tamen, ſi Deo placuit, ipſius corporis aſſumptione? Certè Gregorius Turonenſis manifeſtè de aſſumendâ ejus animâ diſſerit, non de corpore quod nondùm evectum

*1 Lib 4. de vitâ Conſtantini cap. 64. *2 In orat. funebri in ejus laudem 11. tom. 1. p. 188. edit. Pariſ. 1609.
*3 Lib. 3. de vitâ Conſtantini c. 45. *4 Lib. 4. c. 3. Launoius indicavit.

ibi dici poterat cùm scribit in libro 1. Miraculorum cap. 2. *Cùm audissent Apostoli, quia esset assumenda de mundo, vigilabant cum ea simul. Et ecce Dominus Iesus advenit cum Angelis suis, & accipiens animam ejus tradidit Michaëli Angelo, & recessit.* Hanc posteriorem clausulam à Melitone desumpsit.

Cæterùm nonne etiam vox *assumere* in veteri testamento de beatitudine electorum adeptâ intelligitur? *Beatus quem elegisti, & assumpsisti,* inquit David Psalmo 64. vers. 4. vel 65. juxta Hebræos, qui utuntur verbo THECAREB, *appropinquare facies*, vel fecisti, nimirum ut *inhabitet in atriis tuis*, & paraphrasticè juxta Cornelium Jansenium Episcopum Gandavensem, *quem ab initio elegisti, & tandem in tempore*, post mortem, *per tuam vocationem tibi adjunxisti in domo tua cælesti.* In Canone scripturarum Nicephori Patriarchæ CP. inter P. Pithoei opera exscripto fertur liber apocryphus, qui dicitur Ἀνάληψις Μωύσεος, Anastasio Bibliothecario interprete, *Assumptio Moysi*, quem *mortuũ* indicat Deuteronomium cap. ult. & *sepultum in valle terræ Moab contra Thogor*; & quòd *non cognovit homo sepulchrum ejus usque in præsentem diem*; sed nihil ampliùs. Nec ipsi Judæi aliquid aliud proferunt, ne quidem Autor Rabbinicus libri quidem futilis, sed maximæ antiquitatis, de vitâ & morte Mosis, quem Gilbertus Gauminus hebraicè edidit & latinitate donavit anno 1629.

Ex his omnibus dubitandum non eſt, quin verbum, *Aſſumptio*, ſanctorum quoque virorum morti deſignandæ ſæpiùs adhibitum fuerit, & quin ritè à Joanne Belctho Theologo Pariſienſi dictum ſit, *1 *Sanctorum tranſitus multis appellatur modis. Dicitur enim exitus, tranſitus, obitus, Natale, Natalitium, Dormitio, Depoſitio, Paſſio, & Aſſumptio.* Quod autem hîc Belethus addit, *Sed hoc nomen quaſi per antonomaſiam ſolummodò de beata Maria dicitur,* reſpicit ad uſum communem ſui temporis, non ad vim vocabuli, quod & antè ipſum, ut ſuprà, ad ſignificandum fidelium obitum ſæpè uſurpatum eſt, atque etiam aliquando ipſius tempore, & poſt ipſum. Frequenter quoque de ſolo tranſitu Virginis, non de ejus evectione corporali, & ante & poſt Belethi tempora uſitatum fuiſſe indicant plurimi ſermones, quorum titulus eſt *de Aſſumptione B. Virginis Mariæ*, in quibus tamen Aſſumptio corporalis dubia relinquitur. Sed hæc ſatis de voce *Aſſumptionis*. Nunc tabulas utriuſque traditionis Eccleſiæ juxta Uſuardum & juxta Gaudinum, Lectorum oculis exponamus.

*1 c. 41. & 146. de divin. Offic.



TRADITIO juxta Usuardum, quâ *Ecclesia plus elegit cum pietate nescire, quò B. Virginis corpus occultatum sit, quàm aliquid frivolum & apocryphum docere.*

HAnc *inscitiæ* traditionem, veram atque legitimam Ecclesiæ traditionem esse dico, quæ nihilominùs piæ credulitati de assumptâ corporaliter Virgine nō repugnat, quia plura piè credimus, quæ verè nescimus. De hoc axiomate frustrà disputat Gaudinus: neque enim argumenta moror, cùm videam plures olim sanctos atque eruditos scriptores, eâ in re de

TRADITIO Gaudiniana, quâ *certitudinem omni humana naturali majorem de assumpto corpore B. Virginis ab Apostolis usque* stabilire conatur Gaudinus.

LEctorem primùm hîc moneri velim Gaudinum ex illis autoribus, quos adduxit, quosdam ex dissertatione meâ quam impugnat, alios ex Thesauro Catholico Iodoci Coccij Canonici Iuliacensis, qui eos absque delectu coacervavit, selegisse, quos suo proposito commodiores fore censuit, præteritis iis qui non erant.

Deinde observandum est, ex illis quos corpus Virgineum assumptum credidisse profert, alios historicè scripsisse, alios verò tantummodò ex convenientiis locutos fuisse. Sed ne-

mini eorum *certitudo* illa *omni humanâ major* in mentem unquam venit, præterquàm duobus aut tribus, iisque recentioribus. Eos qui historicè scripserunt audacter rejicimus, quia Pseudo-Melitonis, de quo infrà dicemus, fabulosa retulerunt. Hos verò qui ex convenientiis *piè crediderunt*, nostrarum partium esse dicimus, quia cum *certitudine* Gaudini non crediderunt quod *piè crediderunt*. Itaque, si ex ejus traditione omnes qui fabulosè scripserunt, & qui piam tantùm credulitatem secuti sunt, amoveremus, traditionis Gaudinianæ tabula prorsùs vacua & inanis foret. Verumtamen id ne fiat, omnes omnino, quos adduxit, bonâ fide referam, & quâ potero diligentiâ, licet aliquandò breviùs, perscrutabor, probitatē atque ingenuitatem S. Chrys. sequens qui Marcionitarum dicentiū Christum non esse verum hominem propter illa verba, *1 *In similitudinem hominum factus & habitu inventus ut homo,*

*1 Philip. 7. c. 2.

quâ nunc agitur, sic sensisse, *piamque* illam *credulitatem* cum *inscitia* conjunxisse, se *nescire* apertè dicentes quod tamen se *piè credere* innuerunt.

Præterea observandum est, quòd illi multique alij *certitudinem* omnem in eâ re clarè excluserunt, tantùm abest, ut *certitudinem* illam Gaudini *omni humana naturali majorem* vel minimùm cognoscerent, sed *propensionem* solam, quæ *piæ credulitati* convenire potest, admiserunt.

Ratio autem, quamobrem traditio ista *inscitiæ* sit vera atque legitima traditio Ecclesiæ, hæc est, quòd in ore potissimùm Ecclesiæ reperiatur. Nam quod in ore hominum versatur, pro traditione haberi non debet, nisi

voci Eccleſiæ conſonet. Vetus autem Eccleſia *inſcitiam* ſuam de Aſſumpto B. Virginis corpore non ſolùm ſilentio ſuo, ſed etiam aliquando verbo indicavit. Deinde per Uſuardum faſtis ſuis conſignatam publicavit, & per multa ſecula ad poſteros tranſmiſit. Homines autem tantummodò allegat Gaudinns, ex quorum ore atque autoritate traditionem inducere nequit, cùm eos Uſuardi teſtimonio ab Eccleſiâ recepto repugnare ipſe fateatur.

APOSTOLI.

Nihil omninò Apoſtoli; nec Lucas, qui Acta Apoſtolorum uſque ad quartum Neronis annum, ſeu vigeſimum quintum poſt paſſionem Domini, jampridem Virgine, ut vulgò creditur, vitâ functa, produxit; nec ipſe argumenta reticere nolens; *Videte*, inquit,*1 *quàm ego ingenuè & æquo animo ea, quæ ab adverſariis dicuntur, afferam. Tunc enim demùm ſplendida, ac redundans victoria parta erit, cùm illorum argumenta, quæ aliquid roboris videntur habere, minimè abſconderimus. Abſcondere enim, potiùs dolus eſt, quàm victoria.* Lectorem tamen admonemus, ut memor ſemper eſſe velit Gaudinum homines tantùm non Eccleſias, ex quarum autoritate vera traditio naſcitur, adduxiſſe.

52. S. DIONYSIUS Areopagita.

Teſtimonium S. Dionyſij Areopagitæ procul dubio rem extra controverſiam poneret, ſi de aſſumpto B. Virginis corpore loqueretur, & conſtare poſſet. At primùm de libris Dionyſij jampridem diſceptatur, an ſint Areopagitæ, nec eruditiores illos ipſius eſſe concedunt. Et certè Hypatius Archiepiſcopus Epheſinus eos rejecit à Severianis hæreticis allegatos in collatione habitâ anno

*1 Hom. 7. in ep. ad Philippenſ. tom. 6. in N.T. p. 64.

532. *1 tanquam incognitos. Præterea S. Maximus ſcholiaſtes locum Dionyſij allegatum, qui ita legitur cap. 3. de divinis nominibus, Ἐπὶ τὴν θείαν (legendum eſt θέαν, ut fertur in quodam codice MSS. qui penes me eſt) τοῦ ζωαρχικοῦ καὶ θεοδόχου σώματος συνεληλύθαμεν. *Cùm ad ſpectaculum corporis illius, quod autorem vitæ Deumque receperat, conveniſſemus*, ita interpretatur, ut dubitet de quâ re debeat intelligi, ſic ſcribens, ζωαρχικὸν καὶ θεοδόχον σῶμα, τάχα τὸ τῆς ἁγίας Θεοτόκου λέγει. *Fortè illud erat B. Deiparæ corpus, quod principium vitæ ac Dei tabernaculum appellat.* Obſervanda quoque ſunt duo illa verba quæ Maximus addit, τότε κοιμηθείσης, *quæ tunc dormierat*, vel ut interpretatur Petrus Lanſſelius è So-

1. Tom. 2. Concil. p. 659. edit. an. 1618.

Joannes, qui noviſſimus omnium ſcripſit Evangelium, atque etiã poſt Apocalypſim, quã *1 *ſecundam poſt Neronem perſecutionem movente Domitiano in Patmon inſulam relegatus ſcripſerat*, tametſi in Evangelio commendatam ſibi à Chriſto in cruce virginem teſtatus ſit, *2 *Ex illâ horâ ſe accepiſſe in ſua*; nec ſubſequentes ulli per tria ſecula ſcriptores, ſaltem orthodoxi & ab Eccleſiâ comprobati de Aſſumpto B. Virginis corpore quidquam tradiderunt. Quo perenni ſilentio Eccleſiæ de eâ re inſcitia per tot tempora manifeſtè apparet.

397. S. Ambrosius.

Hanc inſcitiam primus ſcriptis mandaſſe vide-

1* V. S. Hieronym. in catal. ſcriptorum Eccleſiaſt.
*2 c. 19.

tur S. Ambrosius, lib. 2. in Lucam *1 ad hæc verba, *Et tuam ipsius animā pertransibit gladius. Nec litera,* inquit, *nec historia docet ex hâc vitâ Mariam corporalis necis passione migrasse*, de genere ipsius mortis nihil proferens, nedum de evecto corpore. Quapropter autor sermonis 35. de Assumptione apud Augustinum, *2 qui vulgò tribuitur S. Fulberto Episcopo Carnotēsi, hæc Ambrosij verba pro inscitiá illâ, quàm dicimus, apertè facere demonstrat hisce verbis. *3 *Sed nec invenitur apud Latinos aliquis tractatorum de ejus* (B. Virginis) *morte quippiam dixisse apertè. Nam illum Evangelij versiculum quem Simeon dixit *4 ad Domini matrem,*

*1 c. 2. *2 Tom. 10.
*3 Initio ferè serm. *4 Luc. 2.

cietate Iesu, *1 *quæ tum obierat,* quasi corpus virgineum adhuc jaceret in sepulchro. Ac reverà textus Dionysij nihil habet de resuscitatâ Virgine: quod quidem scriptor nullomodò prætermisisset, si resuscitatam novisset.

Hilduinus autem locum istum apertè de sepulchro Christi, non de corpore Virginis intelligendū esse docet: quem sequuti sunt Hincmarus, *2 & Matthæus Galenus, qui Hilduini Areopagitica protulit, quasi scriptum fuerit in textu græco σήματος *sepulchri*, non σώματος *corporis*. Et quidem Ioannes à S. Paulo ordinis Fulliensis *3 contendit, scriptum fuisse σήματος in authentico illo codice MSS. qui à Michaële Imperatore ad Ludovicum Pium olim in Franciam missus est; nec

*1 Ad commentar. S. Maximi in Dionys. edit. apud Ant. Stephanum 1644.
*2 In ep. ad Car. Caluum de S. Dionysio.
*3 In observatione Gallicè scriptâ ad hæc verba operū Dionysij Gallicè redditi à Joan. Gulonio Fulliensium Generali an. 1629. in 4.

primos nostros Francos aliter legisse argumentatur, tum quia noluissent, nec ausi fuissent quidquam immutare absque autoritate libri originalis, quem præ oculis habebant, quique omnium, quos Michaël in variis bibliothecis suæ dominationis nancisci potuerat, castigatissimus esse debebat, tum quia, si scriptum fuisset σώματος, oporteret etiam scriptum fuisse θεοτόκου, non θεοδόχου quod verbo σήματος meliùs convenit, non autem appositè verbo σώματος.

Adde quòd nec de sacrâ Virgine Ioan. Scotus Erigena textum hunc Dionysij interpretatur, ad Carolum Caluum in Areopagitica à se conversa sic scribens, *1 *Hierotheum Episcopum secutus Dionysius magistrum suum venerabilem nominat, cum quo; multisque aliis sanctis in unum convenientibus Christum post*

1* v. in sylloge epist. Hibernic. à Joan. Usserio Armachano collectar. p. 42. edit. Paris. in 4.

Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, beatæ recordationis Ambrosius cùm tractaret, ait, Nec historia, nec litera docet Mariã gladio vitã finisse &c. Deinde de silētio Joannis Evangelistæ differens, de quo supra, & de quo iterum posteà dicemus, Deum id *manifestare noluisse* innuit.

403. S. Epiphanius. *(vixisse fertur 115. annis ad an. 403.)*

Ejusdem inscitiæ testimoniũ apertius scripto protulit Epiphanius in Panario. *1 Nec enim solùm dubitavit, *2 an S. Virgo *obierit, & an sepulta, necne fuerit, an translata vivens in desertum,* juxta verba Joannis in Apocalypsi c. 12. 13. *ne eam Draco comprehen-*

*1 Hæres. 78.
*2 Ibid. n. 11. p. 1043.

deret: ſed etiam apertè pronunciavit,*1 *Neminem finem ejus noſſe*, τὸ τέλος ἀυτῆς, inquit, οὐδεὶς ἔγνω. Non potuit autem fieri, quin Epiphanius rerum Eccleſiæ Hieroſolymitanæ plenam notitiam habuerit, ex Phœniciâ quippe ortus in confinio Palestinæ, & Salaminæ Cypri Epiſcopus haud procul abs Hieroſolymis, in quibus etiam aliquando verſatus eſt.

420. S. HIERONYMUS.

Martyrologium S. Hieronymi non habemus. Nam duo illa Martyrologia, quæ ſub illius nomine edita ſunt, primum à Lucâ Dacherio in ſpicilegio, *2 alterum à Mariâ Florentinio, *3 ipſius eſſe non conſtat, nec veri-

*1 n. 23. p. 1055.
*2 Tom. 1. anno 1661.
*3 An. 1668.

reſurrectionem corporaliter eſt contemplatus per apparitionem nempe, namque aliter fieri nequibat.) *Aderantque ibi, ut ipſe ait, Iacobus frater Domini, & Petrus vertex Apoſtolorum.*

Hæc ut diluat Gaudinus, ait Baronium jam ad illa reſpondiſſe. Reſpondit quidem Baronius 1* ad Anaſtaſij & Galeni interpretationem *de carne Chriſti divinitatem continente*, & *de ædibus Ioannis Evangeliſtæ, in quas S. Virgo recepta fuerat*: de quibus hi Dionyſium ibi locutum eſſe exiſtimâbant. Sed non reſpondit ad interpretationem Hilduini, Hincmari, Scoti, nec præcipuè ad lectionem græcam σήματος pro σώματος, quæ ratiocinationem omnem Baronio planè præcidit.

De anno 48. à nato Domino, quo B. Virgo è vivis exiiſſe vulgò creditur, vel alio non valdè diſputo. Sed quoniam Dionyſius eo anno Chriſtianam fidem, Baronio etiam conſentiente, nondum amplexus erat, ideóque ad viſendum Deiparæ corpus tunc conve-

*1 An. 48. ſect. 8.

niſſe nequivit, quare Baronius hanc epocham tranſitûs B. Mariæ anno 48. ſequitur, nec eam quaſi falſam reprehendit ac rejicit? Cur eam ad annum 57. aut 58. non revocat, quo Gaudinus, ut Dionyſium jam converſum ſepulchrum Virginis inviſere potuiſſe aſſeveret, Baronium ait ad Epiphanij Presbyteri ac Cedreni ſententiam acceſſiſſe, *1 qui B. Virginis ætatem ad annum uſque 72. aut 73. produxere? ſed Gaudinus Baronio aſſenſum tribuit, quem Baronius ipſe non apertè præbet, ſi quidem in eo multò cautiùs graditur, ita ut magis non abſcedat ab Epiphanij Presbyteri ac Cedreni levium autorum ſententiâ, quàm ad eam accedat. Ac reverà ſi quis propiùs ſententiam iſtam examinet, eam parùm convenire deprehēdet his Ioannis Evangeliſtæ dictis, *Et ex illâ horâ accepit in ſua*, quibus ſecreto Ioannes innuit, commendatam ſibi à Chriſto in cruce Virginem non dereliquiſſe ſolam; ita ut, ſi epocham tranſitûs B. Deiparæ immu-

*1 An. 48. ſect. 7.

ſimile eſt. Uſuardus autem in prologo Martyrologium S. Hieronymi ſe vidiſſe & *ſequutum eſſe* teſtatur.

Dicēt fortaſſe Hieronymū de eâ re prorsùs obticuiſſe. At ſi obticuit, neſcivit: nam ſi ſciſſet, non obticuiſſet, neque tantam rem in Martyrologio, qui locus erat proprius eam obſervandi, abſque ullâ notâ ſilentio prætériiſſet.

S. PROCLUS primùm Cyzicenus Epiſcop. *1 poſtea Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus.

Proclus ſedente adhuc Neſtorio in Conſtantinopolitanâ Eccleſiâ cui ſucceſſit, orationem habuit *2 luculentam, in quâ laudes omnimodas B. Deiparæ congerit, tum & alias ejuſmodi alibi: ſed ubique de aſſumpto illius

*1 An. 433. *2 Tom. 1. Concilior. initio Ephesini.

corpore conticeſcit, nec ullibi hujuſce rei mentionem facit, cujus ubique meminiſſet, ſi ea nota ipſi fuiſſet.

Concilium Epheſinũ *contra Neſtorium inchoatum an. 431.*

Hîc maximè valere debet negativum argumentum. Neſtorius negabat B. Mariam vocandam eſſe θεοτόκον hoc eſt, *Deiparam*, ſed tantummodò dicebat eſſe χριστοτόκον, *Chriſti matrem*, propterea quòd ab homine Deus naſci nequiret, & Chriſtum Dominum in duas diſtrahebat hypoſtaſes ac perſonas. Hanc hæreſim ut Patres concilij numero ſuprà 200. cõfutarent, rectiſſimè inter alias rationes adducere poterant, atque etiam debebant, *Virginis corpus evectum in cœlum fuiſſe, quia ex*

tare liceat, quemadmodum in re incertâ non diffitendum eſt licere, anni ipſius magis contrahendi videantur, quàm producendi, ideóque dicendum potiùs, eam vitâ functam fuiſſe ante annum 48. quàm poſteà. Nam ſi Ioannes B. Mariæ ad annum uſque 57. ſedulus adfuit, quo pacto Aſiæ Eccleſiis citò invigilare potuit? ſi Virgo ad annum uſque nati Domini 57. vitam produxit, quo tantùm Baronius argumentatur *1 Paulum noviſſimè Hieroſolymam veniſſe, ideóque Dionyſium viſendo funeri Deiparæ ibidem adfuiſſe, cui Paulus, ut ajunt, interfuit, ea à Paſſione Chriſti 24. annos Filio ſuo ſupervixit. Quomodò ergò tam diutino tempore Ioannes ipſi miniſterium ſuum præbere potuit, quem conſtat citiùs, Evangelio ſpargendo, & fundandis per Aſiam Eccleſiis operam dediſſe? Num per tot annos Matri ſibi commendatæ, tanquam filius à Chriſto adoptivus, officia ſua, Hieroſolymis ut plurimùm præſens præſtare potuit, ſimulque mu-

*1 An. 48. ſect. 7.

nus Apostolicum in regionibus procul dissitis indesinenter adimplere? *Hæc non conveniunt, nec in unâ sede morantur.* Deinde si B. Virgo tantummodò annō 57. obiit, & Apostoli ipsius funeri, ut vulgò creditur, interfuere, jam oportet, ut ipsi miraculosè nubibus involuti per aëra Hierosolymas advecti fuerint, cùm tunc temporis per orbem dispersi essent. Hoc fieri potuisse asserit Gaudinus. Ego quidem non repugno; neque enim manum Dei, qui omnia potest, contractam unquam esse scio: sed id demùm est, quod Gelasius Papa in libro de transitu sive de Assumptione B. Mariæ proscripsit. Anno verò 48. plerosque Apostolos Hierosolymis congregatos opportunè offendimus, de gentibus conversis Mosaicâ lege non ligandis deliberaturos, Actuum cap. 15. de quo videndus est Bivarius ad Dextri chronicon. *1

Quòd si iterùm Virgo anno 57. vel ultrà vitâ functa fuerit, nullomodo Paulus ejus morti ac funeri interesse potuit, veluti inter-

*1 Anno 48.

eâ Christus Deus carnem sumpsisset, ideoque eam isto privilegio decorare voluisset. Hoc profectò argumentum contra Nestoriū haud parùm valuisset. Sed ne verbum quidem ejusmodi ab ullo Patrum prolatum fuit: quia nimirùm id ab Ecclesiâ illi non didicerant, ideóque nesciebant.

444. S. CYRILLUS Archiepisc. Alexandrinus.

Obiit. 444.

Hic præfuit Concilio Ephesino, in quo duas orationes *1 habuit, innumeris laudibus & epithetis gloriosis in S. Mariam Deiparam refertas; sed in illis ne verbum quidem de ipsius evectione corporali ad cælos: quod non omisisset, si illud notum ipsi fuisset.

*1 Tom 5. ipsius operum parte 2. p. 355. & 379. inter homilias diversas.

458. JUVENALIS Patriarcha Hierosolymit.

Obiit 458.

Mirabitur Gaudinus, quòd Juvenalem Hierosolymitanum mihi assero, quem sibi principem *certitudinis* suæ de assumpto corpore Virgineo ex Joannis Damasceni autoritate constituit. Ego verò contrà, Juvenalem inter primos *inscitiæ Ecclesiæ* de eodem corpore assumpto duces collocare non vereor. Adfuit ille atque subsignavit Concilio Ephesino post Cyrillum secundus. Quid igitur obstabat, quin *traditionem* illam *veram & antiquam* Hierosolomitanæ Ecclesiæ de Assumpto B. Virginis corpore, quam ex Euthimiacâ historiâ Damascenus ipsum testatum fuisse protulit, palàm edoceret, quâ Nestorio sta-

fuisse dicitur. Id enim apertè supputationi Lucæ in Actibus Apostolorum repugnat: si quidem annus iste 57. circa annum 13. Claudij Imperatoris agebatur, quo Paulus peragratis variis regionibus ubique Evangelium disseminans Hierosolymas venit ad diem Pentecostes *1 sive hebdomadarum, cujus festum celebrabatur apud Iudæos in memoriam datæ legis sexto mensis Sinan sive Maij; ideóque tribus ad minus mensibus ante transitum B. Virginis, cujus festivitas ubique in Calendariis tam Syrorum quàm Græcorum atque Latinorum perpetuò medio mensis Augusti collocata est. Mense autem Augusto anni 13. Imperij Claudij procul dubio Paulus, jam à tribus anteà mensibus, Cæsareæ detinebatur in vinculis, ut infrà videbitur. Deinde si quis textum Lucæ diligentiùs expendat, facilè animadvertet atque cognoscet, Paulum ibi nequiisse Virginis morti, exequiis, & post tres dies Assumptioni præsentiam suam exhibere; quandoquidem

*1 Act. cap. 20. 16.

non ultrà quintum diem Ierosolymis commoratus est; nec intereà plenam potestatem sui habuit, cùm ferè semper ibi in vinculis fuerit. A Cæsareâ cum pluribus discipulis, & Lucâ *venit Ierosolymam* sub vesperam, ut videtur, diei cùm nihil ibi Lucas annotarit, nisi quòd *libenter excepti sunt à fratribus.* *1 *sequenti die,* *2 hoc est 2. *introivit ad Iacobum & seniores, quibus narravit singula quæ Deus fecerat in gentibus per ministerium ipsius. Posterâ* autem die *3 ideóque 3. *purificatus intravit in templum, annuntians expletionem dierum purificationis suæ* per *dies septem,* *4 quos castimonio suo præfinierat juxta legem consecratorum sive Nazaræorum. *5 *Quærentibus autem,* *6 Iudæis *eum occidere, nunciatum est tribuno cohortis: Quia tota confunditur Ierusalem. Tunc accedens tribunus apprehendit, eum* *7 *& jussit alligari catenis duabus, & in castra duci.*

*1 Act. cap. 21. 17.
*2 Ibidem 18. *3 Ibid. 26.
*4 Ibid. 17. *5 Num. c. 6. 4. 5.
*6 Act. c. 21. 31. *7 Ibid 33.

tim os blasphemum occlusisset? Unde tantæ rei in tanto viro silentium? Quia nimirum traditionē istam, quam ipsi affinxit Euthymius, & bonâ fide superinduxit Damascenus, reverà ignorabat. Sed & in tabulâ traditionis Gaudinianæ hāc ignorantiam Iuvenalis pluribus aliis rationibus ratam indubitatamque spero me facturum.

494. GELASIUS Papa I.

Gelasij Papæ & LXX. Patrum Concilij Romani anno 494. ideóque totius Ecclesiæ inscitia de evecto corpore B. Virginis isto tempore manifestè apparet ex ejus decreto, quo libri sacri & authentici ab apocryphis secernuntur. Damnatus est igitur in eo à Gelasio atque inter apocryphos rejectus *liber qui appel-*

latur tranſitus, *ideſt*, *Aſſumptio ſanctæ Mariæ*. Sic enim exprimitur ubique hujuſce opuſculi titulus *1 libellus poſteà falsò adſcriptus Melitoni Epiſcopo Sardenſi qui vixit anno 170. Continet capitula octodecim, *2 in quibus Pſeudo-Melito ipſe loquitur, & ut verum ſe Melitonem meliùs exprimat, Leucium quemdam commemorat, quem ſecum converſatum fuiſſe dicit cum Apoſtolis, & plurima *de Apoſtolorũ actibus in libris ſuis alieno ſenſu & animo temerario interſeruiſſe, & tranſitum B. ſemper Virginis Mariæ Genitricis Dei ita impio depravaſſe ſtylo, ut in Eccleſiâ Dei non ſolùm legere, ſed etiam*

*1 Tom. 2. Concilior. part. 1. p. 501. edition. 1618.
*2 v. tom. 7. Biblioth. Patrũ p. 580. edit. an. 1624.

*1 Mox tamen Paulus ex licentiâ tribuni *allocutus eſt* *2 *plebem ſtans in gradibus linguâ Hebræâ*. Contraquem *vociferantibus* *3 Iudæis, *juſſit tribunus induci eum* iterum *in caſtra, & flagellis cædi, & torqueri*. Sed id tribunus poſteà fieri non permiſit, cùm *reſciſſet* *4 *à centurione, Paulum eſſe civem Romanum*. Quin & *ipſum ſoluit poſterâ die*, *5 ſcilicet 4. *& juſſit ſacerdotes convenire & omne concilium, & producens Paulum, ſtatuit inter illos*. Paulo itaque iterum audito *facta eſt diſſenſio inter Phariſæos & Sadducæos, & clamor magnus*; *6 ex quo *timens tribunus* *7 *ne diſcerperetur Paulus ab ipſis, juſſit milites deſcendere, & deducere eum in caſtra:* ubi *ſequenti nocte aſſiſtens Paulo Dominus ait, conſtans eſto: ſicut enim teſtificatus es de me in Ieruſalem, ſic te oportet & Romæ teſtificari. Factâ autem die*, *8 quæ fuit 5. cùm tribunus audiiſſet 40. *viros conjurationem*

*1 Ibid. 35. *2 Ibid. 40.
*3 cap. 22. 23. *4 Ibid. 25. &c.
*5 Ibid. 30. *6 cap. 23. 7. 9.
*7 Ibid. 10. *8 Ibid. 12.

fecisse , *1 & *paratos* *2 *esse interficere Paulum* , si iterum *produceret illum in concilium* , *3 quod 40. illi viri qui conjuraverant, fieri postulabant , *quasi Iudai aliquid certius inquisituri essent de illo, vocatis duobus centurionibus dixit illis.* *4 *Parate milites 20. &c. & jumenta , ut imponentes Paulum , salvum perducerent ad Felicem præsidem.* Itaque Paulus *ductus est per noctem* ejusdem diei 5. *in Antipatridem* *5 & postea *Cæsaream*, *6 unde *diebus* anteà 12. *7 *ascenderat adorare in Ierusalem.* Cùm verò Paulus venisset Cæsaream, *post quinque dies* *8 accusatus est ab Ananiâ Principe sacerdotũ & Tertullo oratore, qui descenderant abs Ierusalem, coram Felice præside, qui pronunciare quidquam noluit, donec *tribunus Lysias* quoque *descendisset*: *9 atque interim *jussit custodiri Paulum.* Et *biennio expleto* *10 *accepit successorem Portium Festum*, cui *volens*

*1 Ibid. 14. *2 Ibid. 15.
*3 Ibid. 20. *4 Ibid. 25.
*5 Ibid. 31. *6 Ibid. 35.
*7 cap. 24 11. *8 cap. 24. 1.
*9 ibid. 22. *10 Ibid. 27.

nefas sit audire ; se verò quæ ab Apostolo Ioanne audierat , simpliciter scripsisse &c.

Est & alius liber sub nomine Joannis τȣ̃ θεολόγου, cujus exemplar aiunt esse in Bibliothecâ Regiâ, sed cum eâ notâ, quod *ab Ecclesiâ non recipitur*, in quo plura continentur de iis, quæ ad Assumptionem Virginis corpoream pertinent. De eo quoque Petrus Paludanus Patriarcha Hierosolymitanus *1 loquitur quasi apocrypho in sermone de Assumptione enarratione 2. hisce verbis : *& quia Dionysius fuit præsens* (id nempe credebat Paludanus ex illo textu Dionysij de divinis nominibus, de quo dicam in tabulâ traditionis Gaudinianæ) *non scri-*

*1 An. 1342.

psit ista miracula, quæ solent legi in apocryphis, quæ ascribuntur Ioanni. Si enim Dionysius vel Ioannes illa miracula scripsissent, etiã Ecclesia illa non obticeret in divino officio. Quidquid sit, ex his apparet jam à primævis temporibus transitum B. Mariæ plures fabulosè scriptis mandasse. Unde non est mirandum, si multa deinde figmenta eâ de re prolata fuere. Sed operæpretium mihi esse videtur quædam ex iis cognoscere, quæ fictus ille Melito recitarit, cùm ab illo præcipuè nonnulli scriptores, ac præsertim Græci, quorum fabulis Gaudinus, si non delectatur, saltem quasi sibi commodis fidenter utitur, ferè omnia desumpserint.

Refert ergo Pseudo-Melito, *1 quòd *secun-*

*1 cap. 1.

gratiam præstare Iudæis, reliquit Paulum vinctum. Festus *1 *autem volens* etiam *gratiam præstare Iudæis, respondens Paulo dixit, Vis Ierosolymam ascendere, & ibi de his judicari apud me? Dixit autem Paulus:* *2 *Ad tribunal Cæsaris sto, ibi me oportet judicari, Cæsarem appello.* *3 *Tunc Festus cum concilio locutus respondit: Cæsarem appellasti? ad Cæsarem ibis.* Et *post plures dies* *4 Paulus coram Agrippâ Rege & Bernice ejus uxore causam suam peroravit. Posteà *navigavit in Italiam* *5 *traditus Iulio Centurioni cohortis Augustæ,* *6 ac tandem *pervenit Romã,* *7 ubi *mansit biennio toto in suo conducto,* *8 *omnibus qui ingrediebantur ad eum prædicans regnum Dei cum omni fiduciã, & sine prohibitione:* ita ut etiam juxtà S. Hieronymum *9 *à Nerone dimissus fuerit ut Evangelium Christi in Occidentis quoque partibus prædicaret.* Sed nunquam exinde remigravit in Ierusalem. Nam Nerone posteà crude-

*1 cap. 25. 9. *2 Ibid. 10.
*3 Ibid. 11. *4 cap. 26. 1.
*5 cap. 27. 1. *6 Ibid. 2.
*7 cap. 28. 16. *8 Ibid. 30. 31.
*9 De Scriptorib. Eccles.

liùs agente, 14. *ejusdem anno Romæ pro Christo capite truncatus sepultusque est in viâ Ostiensi anno post passionem Domini 37.* Ex hoc postremorum actorum S. Pauli compendio, quod & hîc ex accuratâ Lucæ narratione concinnandum esse duxi, tametsi fortè paulò prolixiùs, evidenter patet, impossibile omninò fuisse Paulo tunc temporis funeri virgineo vel paululùm accedere. Cùm igitur juxta Euthymium, Damascenum, Baronium, & alios oporteat Dionysium Areopagitam cum Paulo tumulò B. Dei Genitricis astitisse, nec tamen ea facultas Dionysio fuerit anno 48. quia nondum fidem Christianam amplexus erat; nec Paulo anno 57. sive 13. Claudij Imperatoris, vel posteà idem licuerit, quia satis ipsi nec temporis nec libertatis ad id competebat, veluti ex superioribus planè compertum est, absque hæsitatione definiri potest, nec Paulum nec Dionysium transitui & exequiis S. Virginis præsentes fuisse, ideóque textum istum Dionysio Areopagitæ adscriptum aliter intelligendum

do & vicesimo anno, *1 *postquàm Christus devictâ morte cælum conscenderat, die quâdam Angelus ramum palmæ de paradiso Virgini attulit, quam portare faceret ante feretrum suum, cùm die tertia assumpta fuerit de corpore. Virgo autem ab illo petiit, ut ad se congregarentur omnes Apostoli, cui Angelus promisit eodem die omnes assumptos ad eam venturos. Maria deinde accepta palma egressa est in Montem Oliveti, & cæpit orare. Et* *2 *subitò dum prædicaret B. Ioannes in Epheso die dominica hora tertia in nube elevatus, adductus fuit antè ostium domus, ubi erat Virgo Maria Deipara. Eo autem in se-*

*1 Hic annus esset 53. non 48. à Nativitate Christi.
*2. cap. 4.

cretarium domus introducto, Virgo ei ostendit vestimentum suum & palmam, ut illam faceret ferri ante lectum suum, cùm duceretur ad sepulturam.

Postea *1 etiam *subitò per imperium Dei omnes Apostoli de locis, in quibus prædicabāt verbum Dei, elevati in nube, rapti fuerunt, & depositi ante ostium domus Mariæ. Advenit etiam Paulus.*

*Quibus *2 omnia indicavit Ioannes Apostolus, & Virginem salutarunt omnes.*

*Et die *3 tertia sopor super omnes, qui in domo erant subitò irruit, præter Apostolos & tres virgines, quæ sacræ Virgini comites erant. Et subitò advenit Dominus Iesus cum magna multitudine Angelorū,*

*1 cap. 5. *2 cap. 6.
*3 cap. 7.

esse, quàm Gaudinus interpretatur, Baronio nimis audacter & contra ipsius verba, quæ nihilominus exscribere non est veritus *1 imputans, quasi asseverarit quod ipse protulit dubius, fluctuans, & quasi

. . . . Incedens per ignes
Suppositos cineri doloso.

Hisce igitur de causis, aliisque mihi videtur Bivarius Hilduini sententiam meritò tueri *2 contra Metaphrastem, Damascenum, testimonium Iuvenali Hierosolymorum Antistiti ab Euthymio adscriptum, Nicephorum, Glycam, inter antiquos, quibus addi potest Theodorus Metochites, *3 quem primus Ioannes Meursius vulgavit, *4 & contra Baronium ex recentioribus. Cui etiam obsistit Seb. Barradius è societ. Iesu, in commentariis ad concordiam & historiam Evangelicam *5 textum huncce Dionysij interpretans de corpore Christi in Eucharistiâ abscōditi quasi

*1 cap. 5. art. 1. p 146.
*2 An. 48. p. 98 99.
*3 In historiâ Græcè scripta à Julio Cæsare ad Constantinum M. fol. 69. vers.
*4 Lugduni Batav. 1618. in 4.
*5 Tom. 1. lib. 6. c. 14.

ad ejus visionem se convenisse Dionysius cum Hierotheo & aliis innuere voluerit.

Quidquid sit, nihil ex isto loco inferri potest de assumpto corpore Virginis, de quo ibi nulla fit mentio.

LIBER, QUI APPELLATUR TRANSITUS, ID EST, ASSUMPTIO SANCTÆ MARIÆ, falsò Melitoni Episcopo Sardensi adscriptus.

Hunc librum, fateor, Gaudinus post Dionysium non adduxit, quia nimirum damnatus fuit à Gelasio Papâ in Concilio Romano, ut plenè in tabulâ traditionis Ecclesiæ juxta Vsuardum exposui. Sed procul dubio debebat illum in eorum capite qui sequuntur, quasi antesignanum collocare. Gaudinus itaque, ne autoritatem hujusce libri penitùs elevet, eum à Gelasio Papâ non per omnia condemnatum fuisse contendit. *1 Verùm contrariũ ostendimus in tabulâ traditionis juxta Vsuardum, quod & satis indicat iste libelli titulus, *Transitus, id est, Assumptio sanctæ Mariæ.* Sic enim exprimitur in Conci-

*1 c. 8. art. 1. p. 326.

ut eam introduceret in Paradisi gaudia. *1 *Et exurgens de pavimento beatissima Virgo accubuit super lectum suũ, & gratias agens Domino Deo emisit spiritum.*

Posteà Dominus, *2 *animam sanctæ Matris suæ Michaëli Archangelo tradidit, & Gabriel Angelus ivit cum ea. Ipse verò Dominus in cælum receptus est.*

Virgines deinde *3 *corpus maxima claritudine resplendens laverunt funerum more.*

Et sancti *4 *Apostoli portarunt corpus ad monumentũ postquàm incæpisset Petrus psallere (exiit Israël de Ægypto; alleluia)*

*1 cap 8. Index librorum expurgatorum Cardinalis Quiroga Archiep. Toletani & generalis inquisitoris apud Hispanos omnia deleri vult ab hoc cap. 8. usque in finem.

*2 cap. 9.

*3 cap. 10.

*4 cap. 11.

præcedente Ioanne cum palma.

Et cùm portaretur, *1 *Princeps quidam ſacerdotum Iudæorum, repletus furore voluit evertere feretrum, & ſtatim manus ejus aruerunt, & adhæſerunt feretro.*

Sed cùm pænituiſſet, & *oſculatus* *2 *eſſet lectulum, ſanatæ ſunt manus ejus.*

Apoſtoli verò *3 *venerunt ad vallem Ioſaphat, & poſuerunt corpus Virginis in monumento novo, & clauſerunt ſepulchrum, & ſederunt ad oſtium monumenti. Et ecce ſubito advenit Dominus Ieſus cùm innumerabili exercitu Angelorum, & Apoſtoli petierunt ab eo ut reſuſcitaret Matris corpuſculum.*

*1 cap. 12. *2 cap. 14. *3 cap. 16.

lio. Licet autem proſcriptus fuerit, nihilominùs eum plures ſecuti ſunt, atque etiamnunc ſequuntur, veluti facit Gaudinus, qui in eâ re Gelaſio Papæ apertè contradicit. Nam quo alio fundamento *certitudinem* ſuam ſtabilire poſſet? Eorũ omnium igitur, quos Gaudinus affert, procul dubio princeps eſt Melito fictiti⁹.

458. Iuvenalis Archiepiſcopus Hieroſolymit.

Hujus teſtimonium ante ſeculum octavum non prodiit. Attulir illud S. Ioannes Damaſcenus ex Euthymiacâ quâdam hiſtoriâ, quam nemo novit. Obſervandum eſt enim ex ipſius Iuvenalis ore nihil ad nos perveniſſe, ſed quod dixiſſe fertur, primùm per Euthymiũ teſtem incognitum, deinde per Damaſcenum teſtis Euthymij teſtem, proditum fuiſſe. Itaque non erit ſupervacaneum hîc aliquid ex Damaſceni verbis afferre, quæ ſic ſe habent in Oratione de Aſſumptione B. Mariæ. *Superiùs commemoratum eſt,* (Euthymij verba Damaſcenus ſe referre narrat) *1 *quemadmodum*

*1 Juxta interpretat. Iac. Billij. id. Niceph. lib. 15. c. 14.

ſancta Pulcheria Chriſto in urbe Conſtantinopolitanâ Eccleſias conſtruebat. Harum autem una eſt ea, quæ in auſpiciis imperij divinæ claſſis Marciani in Blachernis ædificata eſt. Cum igitur ipſi celeberrimæ ac ſanctæ Dei Genitrici ac perpetuæ Virgini Mariæ venerandam ædem extruxiſſent, atque omnibus ornamentis illuſtraſſent, ſanctiſſimũ, quodque vitam ſuſcepiſſet, ipſius corpus conquirebant. Accitoque Iuvenale Hieroſolymorum Archiepiſcopo, ac Palæſtinæ Epiſcopis, qui tum ob Concilium Calcedone coactum in urbe Imperiali peregrè agebant, his eos verbis alloquuntur; Hieroſolymis principem & eximiam Dei Genitricis ac perpetuæ Virginis Mariæ Eccleſiam eſſe audimus, in eo loco qui Getſemanè vocatur, ubi corpus ipſius, quod vitam tulit, in loculo conditum eſt. Placet itaque has reliquias huc afferri, ut Imperatrici huic urbi præſidio ſit. Excipiens autem hunc ſermonem Iuvenalis, hanc orationem habuit. Etſi, quæ in ſanctæ Dei Genitricis morte contigerunt, ſacræ ac divinitùs inſpiratæ

Tunc *1 *Salvator ait, fiat ſecundum verbum veſtrum.* Et præcepit Michaël Archangelo, ut animam ſanctæ *Mariæ deferret. Et ecce repentè Gabriël Archangelus revoluit lapidem ab oſtio monumenti &c. Et ſtatim ſurrexit Maria de tumulo.*

Et oſculatus *2 *eam Dominus receſſit, & tradidit eam Angelis, ut deferrent eam in Paradiſum. Et Dominus elevatus in nube receptus eſt in cælum. Apoſtoli autem ſuſcepti ſunt à nubibus, & reverſi ſunt unuſquiſque in ſortem prædicationis ſuæ, narrantes divina magnalia &*

1* cap. 17. Quia id eſſe apocryphum Joannes Morcellus Dominicanus dixerat, damnatus eſt in cenſurâ à Gaudino prolatâ, tametſi iſtud quoque Gelaſius Papa ante Morcellum apocryphum eſſe pronunciaſſet. *2 cap. 18.

laudantes Dominum Iesum Christum, qui vivit & regnat in Patre & Spiritu sancto in unitate perfectâ, & in unâ divinitatis substantia in secula seculorum. Amen.

Hæc falsus Melito, qui, quo tempore ea scripserit incertum est, sed constat ante Gelasium Papam qui sedit anno 464. prodiisse. Nam ea omnia, veluti dictum est, Gelasius in Concilio proscripsit. At contrà Gaudinus non omnia à Gelasio damnata esse contendit. *1 Cum enim, inquit, *in libello habeatur Mariã Virginem esse mortuam, sepultam, & in cælum evectam, nemo dicere potest hæc esse damnata.*

De morte quidem Virginis, ideóque de sepulturâ nemo dubi-

*1 cap. 8. art. 1. p. 326.

scriptura monimentis minimè prodita sunt: tamen ex priscâ ac verissimâ traditione hoc accepimus, quòd gloriosi ipsius obitûs tempore, sancti omnes & Apostoli, qui Gentilium salutis causa terrarum orbem peragrabant, temporis puncto per altum abrepti in Hierusalem convenerunt. Ibique cùm essent, angelica ipsis visio contigit, divinusque præstantiorum virtutũ cantus auditus est &c. Cùm autem ipsi exactis tribus diebus canendi finem fecissent, Apostoli qui aderant, propterea quod unus ex ipsis, Thomas nimirùm qui funeri non interfuerat, post tertium diem veniens, corpus illud, quo Deus susceptus fuerat, adorare cupiebat, tumulum aperuerunt. Ac sacratissimum quidem illius corpus haud quaquã invenire potuerunt: cùm autem jacentia tantùm ipsius lintea reperissent, atque ex iis inenarrabili quadam suavitate perfusi fuissent, loculum muniverunt. Atq; mysterij illius admiratione perculsi hoc solùm secum reputare poterant, quòd Deus verbum ac gloriæ Dominus &c. immaculatum

ac spurcitiei expers ipsius corpus incorruptibilitate atque translatione antè communem & generalem resurrectionem honestare voluisset. Aderat porro tum unà cum Apostolis & sanctissimus, ac primus Ephesiorum Episcopus Timotheus & Dionys. Areopagita, quemadmodum ipsemet Dionysius de beato Hierotheo, qui & ipse tunc aderat, in his libris quos ad prædictum Apostolum Timotheum elaboravit in hæc verba testatur &c. Mox verba illa Dionysij, Damascenus recitat, de quibus suprà egimus, quæque nec Areopagitæ esse, nec de corpore B. Virginis intelligi debere, multò minùs de resuscitato, plures asseverasse ostendimus.

De verbis autem suprà allatis, quæ Iuvenali ab Euthymio, ac deinde à Damasceno assignātur, non solùm est plurimus dubitandi locus, an ea verè Iuvenalis Pulcheriæ dixerit, sed etiam eum non veriti sumus inter autores Ecclesiæ collocare, qui silentio suo de corpore Virginis evecto inscientiam intulerūt. Nam quomodò Iuvenalis hanc *priscam ac verissimam tra-*tare potuit, nec Gelasius unquam dubitavit, quia dubitare non poterat. Nam quod antea S. Epiphanius dubitasse videtur, potiùs est inscitia quàm dubitatio. Oportuit enim S. Deiparā universæ carnis viam ingredi, quandoquidem ipsius etiam Filius, autor vitæ, mortem quoque temporalem subiit. At de evectione ejus in cœlum corporeâ, magnoperè Gelasius cum omnibus dubitare debuit, nisi aliunde eam cognoverit, quia nimirum res erat prorsus insolita, mirabilis, & soli Virgini Deiparæ ex privilegio concessa. Itaque si Gelasius eam cognovit, librum illum in quo hæc *plurimùm*, ut ait Gaudinus, *commendatur*, damnando, debuit aliquam notam adhibere, quâ evectionem

iſtam ſalvam faceret. Nam in tantâ re non indicando quod norat, ſed abſque exceptione pronunciando, peccavit admodùm, quia periculosè ſtatuit. Nefas autem eſſet de tanto Pontifice, deque toto Concilio Romano tàm male opinari: ideóque cõcludendum eſt, eum de iſtâ evectione ſententiam ſuam indiſtinctè tuliſſe, ſicut & de aliis rebus in libro contentis; quia nimirùm eam ignorabat. Quod autem Gelaſius evectionem iſtam, hoc eſt, Aſſumptionem non exceperit, id iterum ex ipſo titulo libri, quem ipſe expreſſit, manifeſtè apparet, cùm *tranſitum* illum, quem fortè Gaudinus pro morte Virginis accipit, Gelaſius ibi pro ejus *Aſſumptione* indubitanter intellexerit, *liber*, inquit, *qui*

ditionem de evecto Virginis corpore, Conſtantinopoli protuliſſet, qui decem & octo jam anteà annis in Concilio Epheſino, cui præſidebat poſt Cyrillum ſecundus, nihil de eâ re contra Neſtorium, ad confutãdam ejus hęreſim, quod res & locus magnoperè expetebat, omnino protulerit? Ac reverà *traditio* iſta, manifeſtè Epiphanio repugnat, qui de B. Virginis exitu affirmat, nulli quidquam, cognitum fuiſſe, τὸ τέλος αὐτῆς οὐδεὶς ἔγνω.

Deinde quomodò adeò *priſca ac vera traditio*, ſeu tantæ rei tamque notabilis hiſtoria, quæ toti orbi Chriſtiano nota eſſe debebat Marciani atque Pulcheriæ aures nondùm pulſaverat, ita ut illi corpus iſtud venerandum, quaſi adhuc Hieroſolymis in ſepulchro jacens, à Iuvenale popôſcerint? Hieruſalem tunc temporis erat urbs maximè inſignis Imperij Conſtantinopolitani, nec ipſa Conſtantinopolis adeò diſtabat abs Hierolymâ, ut inter utramque frequens non eſſent omnium rerum hominumque communicatio at-

que commercium.

Adde quòd cùm Pulcheria B. Virginis corpus à Iuvenale poſtularet, *Palæſtinæ Epiſcopi, qui tùm ob Concilium Calcedonenſe coacti erant, in urbe Imperiali peregrè agebant*, ut antea legimus. Sed & in eo Concilio ſexcentos ferè Coepiſcopos interfuiſſe annotatum eſt. *1 Quomodò ergo fieri potuit, ut ex tanto Patrum numero nullus hiſtoriam adeò inſignem, *traditionemque* hanc *priſcam ac veriſſimam* ſcripto conſignarit?

Quomodò talis hiſtoria atque traditio tam ſcitu digna ad Modeſtum Archiepiſcopum quoque Hieroſolymitanum non pervenit, nec ille quidquam de eâ re protulit in *Encomio* illo, quod Photius eum ſcripſiſſe retulit *2 *in Obdormitionem Deiparæ Virginis?* Nam ſi Modeſtus aliquid de aſſumptâ corporaliter Virgine, quæ res erat profectò valdè notabilis, ibi expreſſiſſet, Photius non dixiſſet, ſe in eo *nihil neceſſarium* deprehendiſſe.

*1 V. tom. 2. Concil. p. 411.
*2 c. 275. p. 524. in verſione latinâ.

appellatur *tranſitus*, *id eſt*, *Aſſumptio S. Mariæ*, nullo impoſito diſcrimine inter *Tranſitum* & *Aſſumptionem*. Quid clarius? quid expreſſius? Nec tamen ideò dicendum eſt Gelaſium Aſſumptionem corporis Deiparæ negaviſſe, quaſi falſam aut impoſſibilem, ſed eam quaſi incognitam, inter hiſtorias Eccleſiæ admittendam eſſe non cenſuit. Unde qui Gelaſio Papæ aſſenſi ſunt, rectè *ſuſpicati ſunt*, quidquid contrà opinetur Gaudinus, *Aſſumptionem Deiparæ Virginis, quæ ibi plurimùm commendatur, pariter fuiſſe non proſcriptam* (abſit ab ore Gelaſij omniumque Chriſtianorum vox profana) ſed pro incertâ & incognitâ ab illo habitam. Omnia autem illo tempore, quæ non

constabant, inter apocrypha facilè relegabantur.

Hinc Autor Epistolæ Hieronymianæ de Assumptione B. Mariæ Virginis quam mox afferemus, meritò virgines sic admonet; *1 *Ne fortè si venerit vestris in manibus illud apocryphum de transitu ejusdem Virginis, dubia pro certis recipiatis; quod multi latinorum pietatis amore, studio legendi chariùs amplectuntur: præsertim cum ex his nihil aliud experiri possit pro certo, nisi quòd hodiernâ die gloriosa migravit à corpore.* Quibus verbis apertè demonstratur, librum istum Pseudo-Melitonis ad nihil aliud valere, quàm ad obitum Virginis indicandum. Et eâ pariter

*1 Tom. 4. operum S. Hieronymi p. 67.

Quomodò eadem historia ad Andream Cretensem Patriarcham quoque Hierosolymitanum non promanavit, qui *neminem Theologorum se scire* fatetur, *1 *qui de transitu S. Dei Genitricis scripserit, ob quas rationes se nescire* ait *quid dicat*, nisi testimoniũ Dionysij; & *2 *translationem ejus planè ignorari* scripsit, *celebritatemque ipsius Dormitionis sibi novam fuisse, imo paucis cognitam esse* testatur. *3

Quomodò denique Petrus Paludanus, qui & ipse fuit Patriarcha Hierosolymitanus, Iuvenalis ipsius responsum, quod illi ab Euthymio atque à Damasceno tribuitur *de Apostolis temporis puncto per altum abreptis in Hierusalem*, atque aliis ejusmodi, apertè refutat, ex ipsius Dionysij testimonio, & S. Ioannis Evangelistæ silentio sic scribens in enarratione 2. de Assumptione B. Mariæ: *Et quia Dionysius fuit præsens non scripsit ista miracula, quæ solent legi in apocry-*

*1 In orat. 1. tom. 2. Biblioth. Concion. de Sanctis. p. 685.
*2 In orat. 2. p. 694.
*3 p. 688.

phis quæ ascribuntur Ioanni. Si enim Dionysius vel Ioannes illa miracula scripsissent, etiam Ecclesia illa non obticeret in divino officio ?

S. SABBAS, & Menæa Græcorum, circa finem seculi 5.

Magno circuitu Gaudinus utitur, totosque nervos intendit, ut collectionem quandam Cāticorum commendabilem reddat, quam à Sabbâ factam esse scribit post SS. Euthymium & Theoctistum, qui ea à Charitone acceperat, Charito verò ab Apostolis. Sic enim Gaudinus sibi soli ratiocinatur jam Pæana canens, & SS. Apostolos in partem sui triumphi gratiosè advocās. Quidni enim ille triumphet, tam antiquæ certitudinis diligens investigator, quæ nulli hactenùs hominum comperta est?

Duo cantica Sabbæ Gaudinus exscripsit, quorum priùs apertè corpus Deiparæ sublevatum laudat: Alterum Apostolos enunciat, *transportatos vi quādam divinâ per tot terrarum spatia convenisse in Sion*. Quis non videat hæc à Ficto-Melitone promanâsse, tanquā

de causâ Iuo Carnotensis verba ista in decreto suo *1 exscripsit, quasi canonica & quibus acquiescendum esse non dubitat. Hāc quoque Gelasij ac sermonis Hieronymiani sententiam secutus est Beda in retractatione ad Actus Apostolorum *2 scribens, hunc *libellū, cum manifestè erret in tempore, in cæteris quoque suspectæ esse fidei*, ne exceptā quidem Assumptione corporali. Hanc denique secutæ sunt per plurima secula innumerę Ecclesię, quæ sermonem istum Hieronymianum in officio divino cum Romanâ legerunt.

Nec omittendum videtur, quòd cum liber iste apocryphus octodecim capitibus constet, veluti jam obser-

*1 part. 4. c. 155.
*2 cap. 13. tom. 6. p. 28.

vavimus, Assumptio corporis virginei in capite tantùm decimo septimo relata sit, in Hispanico autem indice librorum expurgatorũ *1 statutum est, ex illo *deleri quæ à capite octavo usque in finem tractatûs scripta sunt*; idéóque quod in capite decimo septimo continetur. Ex quibus omnibus liquidò apparet Gelasio Papæ & LXX. Patribus Concilij Romani, totique ideò Ecclesiæ incognitam tunc fuisse corporalem B. Mariæ Virginis Assumptionem.

AUTOR EPISTOLÆ de Assumptione B. Mariæ Virginis ad Paulam & Eustochium sub nomine Hieronymi.

Dubitat hic Autor de Assumpto B. Virginis

*1 p. 19. edition. Salmuriens. an. 1601. in 4.

ab infecto fonte, ex quo qui inter Græcos potârunt lutulentum liquorem animo sensim imbiberunt? Hinc in Typico illo sive Rituali Hierosolymitano, sicuti plura sunt quæ laudem merentur, ita nonnulla profectò habentur, quæ propiùs expensa non dubium est, quin levia censeri debeant, veluti sunt ea quæ Gaudinus ex duobus istis canticis incautiùs affert, cùm clarè videre potuerit, ea ipsa esse, quæ Gelasius Papâ in Concilio Romano condemnavit. De Sabbâ non loquor, nec de SS. Euthymio Theoctisto, Charitone, quos Gaudinus constitutionis in Typico Hierosolymitano circà divinũ officium, alterum post alterum, instauratores fuisse ex Simeone Thessalonicensi apud Leonem Allatium in dissertatione primâ de libris Ecclesiasticis Græcis, pluribus disserit, nec eorum omniũ sanctitati quidquam detraho, qui quod in odis & canticis quibusdam sive à monachis, sive à quibuslibet aliis ex devotione prolatis nacti sunt, haud expenderunt, sed qualecunque fuit, intactum ibi reli-

reliquerunt. Quod autem id *ab Apostolis ipsis primùm descenderit*, ut Gaudinus notat, *1 hoc est quod ille divinat & profert licentiùs spretâ Gelasij censurâ, pro Apostolicis fabulosa nobis audacter obtrudens. Quis enim ex Apostolis tradidit se nubibus involutum per aëra deductum fuisse ex regionibus procul dissitis in Hierusalem, cùm nec ipse quidem Lucas in Actibus, sicuti jam observavimus, de Mariæ Virginis obitu quidquam protulerit, nec *de hoc posteris aliquid retinendum scriptis* Ioannes *mandaverit*, quamquam *nullus*, ut Fulbertus ait, vel quisquis alius autor antiquus in sermone 35. de Assumptione apud Augustinum, *2 *hoc fideliùs narrare potuit, si illud Deus manifestare voluisset, quàm ille utique qui hanc nutriendam suscepit, nec contra morem filius reliquit? Restat ergò ut homo mendaciter non fingat apertum*, veluti facit Gaudinus, *quod Deus voluit manere occultum*. Hæc Fulbertus.

At, reponet Gaudinus,

*1 cap. 5. art. 3. p. 167.
*2 tom. 10.

corpore, totúmque Deo committit. Notandum est tamen, quòd non ex sese dubitat, sed ex condemnatione libri apocryphi *de transitu, idest de Assumptione sanctæ Mariæ* à Gelasio Papâ proscripti. Alioquin propensionem aliquam sibi inesse indicat de virginei corporis evectione credendâ, nisi Gelasij sententiâ atque autoritate teneretur. Sic enim Hugo Victorinus, *1 & Jacobus de Voragine *2 non obscurè de isto autore judicant. Quod fortè non animadvertit eminentissimus Baronius, qui in illum invehitur, quasi in ducem atque inventorem sententiæ Usuardi. Nec id quoque observarunt Gaudinus atque Ladvoca-

*1 lib. 3. erudition. Theolog. de Assumptione & decem præconiis B. Mariæ. tom. 3. p. 272.
*2 In legendâ 174.

tus, qui in verba Baronij jurantes & ejus veſtigia pedetentim ſequentes, plura tamen, concrepantibus buccis, huic Autori convitia adjecerunt, quæ Baronius ipſe multò moderatior procul dubio improbaret. Verùm maledicant illi homini incognito, quantùm ipſis libuerit, non obtinenebunt tamen, quin ille apud viros literatos ac pios, veluti in laudes S. Virginis effuſiſſimus fuit, ita in magno pretio olim habitus fuerit, atque etiam in poſterum habeatùr. Tantus enim honor huic ſermoni Hieronymiano præſtitus eſt, ut in omnibus ferè Breviariis admiſſus fuerit, ex quo lectiones matutinales in die & per octavam feſti Aſſumptionis confectæ ſunt. Id ipſum eſt quod propriis oculis

Apoſtoli quidem nihil de Aſſumptâ corporaliter Virgine ſcriptis mandaverunt, quia nimirùm, ut ait Theodorus Metochites in libro ſingulari 1* hiſtoriæ Romanæ *2 *in rebus geſtis Chriſti explicandis occupati illud unum accurârunt, quâ ratione ad veram fidem perducere infideles poſſent; cætera omnia, maximéque quæ ad prædicationem illam divinam nihil facerent, neglexerunt*, ſed iſtud ore tradiderunt; & quod ore prodiderunt, id *primùm ab eis deſcendit* ad Charitonem deinde ad Euthymium, Theoctiſtum & Sabbam? Verùm huic divinationi repugnat quod jam obſervavi, nimirùm & Lucam, & Ioannem ſcripſiſſe, nec tamen quidquam de eâ re protuliſſe, quod tamen vel uno verbo proferre facilè poterant abſque ullâ Evangelicæ doctrinæ morâ atque impedimento. Nec id S. Pauli Epiſtolas multò ampliores reddidiſſet nimiumve impleſſet. Nec idipſum *ſanctos Patres, qui primis Eccleſiæ temporibus vixere, à rebus divinis tùm*

*1 edit. à Joan. Mecurſio an. 1618. in 8. *2 fol. 69. verſo.

contemplandis, ut ait Gaudinus, *1 *tum vitâ moribuſque* fidelium *exprimendis unicè intentos* avocaſſet ac diſturbaſſet, ſi tres aut quatuor lineas de tantâ re vel pertranſennam, atque aliud narrando calamo finxiſſent. Vnde igitur tantum in libris eorum ſilentium? Quia nimirùm ſcribere non poterant, quod non nôrant, quodque *Deus voluit manere occultum*. Quòd ſi id non noverunt, nec id utique magis ore protulerunt, quàm ſcripto; ſed in utroque propter inſcitiam facti conticuerunt. Præterea Gaudinus non animadvertit, quòd ea cantica ab Apoſtolis deducens repugnat ipſi Baronio, qui ſermonem de Annunciatione S. Deiparæ Virginis apud Athanaſium *2 non admittit *3 pro vero Athanaſiano, quamvis Aſſumptioni ejus corporeæ maximè faventem, quippe qui Virginem laudet, quòd *aſſiſtens à dextris Filij induta ſit, quantùm ſpectat ad ſanctiſſimam ejus carnem incorruptibilitate &*

*1 c. 5. p. 135. *2 tom. 1. *3 an. 48. ſect. 19.

perſpexi in veteribus Breviariis Rom. Senon. Pariſ. Bituric. Antiſſiodor. Carnot. Lingon. Gebenn. in quibus, ut & in aliis ferè omnibus ad noviſſimum uſque ſęculum permanſerunt. Sunt & adhuc plures Eccleſiæ, in quibus eædem lectiones recitantur, præſertim in pagis, ubi veterum Breuiariorum, ex defectu novorum, uſus perſtat: ſicuti nuper obſervavi in quâdam Eccleſiâ parochiali Diœceſis Carnotenſis. In Italiâ quoque adhuc alicubi lectitantur, veluti in Capuano officio, niſi fortè ab anno 1630. quo Sanctuarium Capuanum Michaëlis Monachi editum eſt, neglectæ fuerint. Nec ſanè omittendum videtur, quòd hæ lectiones non ſine delectu atque judicio in officio divino primi-

tùs insertæ sint; siquidem eas à Paulo Diacono Aquileiensi, *viro in divinis scripturis eruditissimo* ibi *ordinatas* fuisse satis apertè nos docent Sigebertus & Trithemius; idque jussu atque autoritate Caroli Magni Imperatoris, qui testante Sigeberto anno 807. *per manum Pauli Diaconi sui decerpens optima quæque de scriptis catholicorum Patrum lectiones unicuique festivitati convenientes, per circulum anni in Ecclesiâ legendas compilari fecit.* Unde liquidò apparet, Paulum quoque Diaconum testem fuisse isto tempore *inscitiæ Ecclesiæ*, quam Usuardus tunc in martyrologio signavit, eamque cum illo in officio divino perpetuò legẽdam inscribere voluisse. Ab Alcuino quo-

immortalitate, non admittit, inquam, ob eam inter alias causam, quòd *inventio sepulchri vacui* B. Mariæ, *de ipsius in cælum cum corpore assumptione scribendi argumentum exhibuit, nec anteà ullum ipse reperit, qui ejusmodi scribendi genus attigisset.* Sepulchrũ autem S. Virginis Baronius existimat haud multùm antè tempora Iuvenalis, de quo supra, repertum fuisse, quod post cladem Hierosolymitanis à Romanis illatam, propinquorum ædificiorum ruina semper coopertum anteà fuerit, ideóque incognitum.

At, inquiet Gaudinus, hæc cantica Sabbæ Baronio non innotuerant? Quasi verò ista sola in agro Hierosolymitano fuerint, quæ assumptam Virginem prædicassent, si tunc temporis eam verè assumptam creditum fuisset. Fatendum est igitur hæc cantica nihil aliud fuisse, ut dixi, quàm odas quasdam spirituales, quas quidam monachi Lauræ Hierosolymitanæ, vel alij anteà devotionis & honestæ voluptatis causâ, ex iis quæ ab historiâ Pseudo-Melitonis audierant, sibi

conſcripſêre, quæque facilè, ut fit, in Rituali libro exſcriptæ fuere: ſed quas etiam ideò Gelaſius Papa, ſi ad ejus notitiam perveniſſent, procul dubio damnaſſet, niſi eas potiùs quaſi non magni momenti contempſiſſet.

Nec profectò aliter de iis ſentiendum eſt, quæ Gaudinus græcè latinéque exſcripſit ex Menæis Græcorum, *1 quorum primam collectionem S. Sabbæ tribuit. *2 Nam Menæa cantica iſta juxta Melitonem formata continent; nec Menologia ex Mènæis promanantia puriori latice ſcaturiunt. Non nego, quin Menæis & Menologiis *pretium atque dignitas* quam eis Gaudinus aſſerit, *3 in pluribus conſtet, nec *judicio autoritatique Cardinalium Sirleti ac Baronij* repugno, quorum ille cùm *Menaorum quoddam compendium antiquiſſimum ſub Menologij nomine reperiſſet, latinitate donavit, manuque propriâ majori ea parte in Bibliothecâ ſuâ diligentiſſimè aſſervabat.* Nam etſi nihil aliud ibi

*1 cap. 4. art. 5. p. 128.
*2 p. 161. *3 p. 167. 168.

que ſermo iſte inter homilias & conciones Eccleſiaſticas juſſu etiam Caroli Magni in ordinem redactas collocatus eſt. *1 Sed & ſi quis eum accuratiùs perlegeret, facilè animadvertet, pulcherrimo, verſus atque antiphonas, quibus B. Virginem etiamnunc in officiis Eccleſiaſticis, atque in hoc noſtro Pariſienſi collaudamus, ab eo deſumptas fuiſſe. Ita ut S. Ildefonſus Epiſcopus Toletanus rectè monuerit, *2 *eum, qui ad plenitudinem voluerit cognoſcere gloriam ſolemnitatis Aſſumptionis* debere *illũ legere, atque in eodem non ſolùm poſſe addiſcere virgines fœminas, ſed etiam maſculos, quomodò debeant vir-*

*1 In Homiliario p. 560. edit. Colonienſ. an. 1557. in fol.
*2 In ſerm. 5. de Aſſumptione circà finem.

ginum Virgini virginaliter ac viriliter militare. Denique eum Hincmarus auro eboreque veſtivit.

At, inquient, in Eccleſiâ lectus eſt, & condecoratus iſte ſermo, quia Hieronymi eſſe credebatur. Quinimò, Hieronymi creditus eſt, quia & ex ſententiis & ex eloquio dignus Hieronymo viſus eſt. Nam ut de aliis taceam, unius Ildefonſi laudes, qui de operis ipſius excellentiâ loquitur, id indicant. Unde quando ex genuinis Hieronymi operibus ab Eraſmo ſecretus fuit, qui primus eum Hieronymi non eſſe ſubodoratus eſt, inter erudita tamen Hieronymo falsò adſcripta locum obtinuit. Quidquid ſit, de ſcriptis autorum non judicandum eſt ex titulis, ſed ex ipſorum ſcripto-

Sirletus comperiſſet quàm plures *cælites quos Latinis incognitos Græcia colit*, non diffitemur, quin *pervetuſtum* iſtud *Menologium*, quod poſteà Baronius agnovit, *1 *velut ingentem theſaurum Sirleti liberalitate ſe poſſidere, magnoque amplecti & ſervare gaudio, veluti quaſdam opes Craſi*, verè *theſaurus* fuerit ditiſſimus atque ampliſſimus. Verumtamen id non obſtat, quin in iſtis Menæis ac Menologiis, ut & in Enchologio Græcorum plurà fabuloſa veris immixta reperiantur, quibus ipſi Græci parùm fidei adhibent, quæque hâc notâ, quæ in codicibus antiquis ac purioribus MSS. ſæpiùs occurrit, facilè dignoſcuntur, ὥς ὁ λόγος *ut eſt ſermo*, ſive *ut fertur*; ex quibus incertitudo rei legentibus indicari ſolet. Itaque ſi Gaudinus diligenter Menologia Græcorum excuſſiſſet totam fabulam ficti Melitonis in iis deprehendiſſet, nedum ſimplicem Aſſumptionē Virginis corpoream. Et exinde ſcriptores omnes è Græcis, quos

*1 3. Non. Januarij.

Gaudinus ad aſſerendam ſuam traditionem produxit, hauſerunt, quæ de eâ re conſcripſere. Ita & Græci in Enchologio ſuo cap. 96. de mortuis, hiſtorias fabuloſas Falconillæ, licet Idolorum cultricis, precibus tamen S. Theclæ filiæ ſalutem conſequutæ, & Trajani per intentam S. Gregorij interceſſionem remiſſionem peccatorum adepti, interſeruerunt. Vnde Damaſcenus eas in oratione de defunctis non ægrè cõmemoravit quaſi veras & indubitatas, *de veritate* tamen *earum inveſtigandâ non ſollicitus*, ut notat Bellarminus; *1 cui iſtæ *narrationes falſæ eſſe meritò videntur, & fabulis ſimiliores, quàm hiſtoriæ.*

594. GREGORIUS Epiſc. Turonenſis.

Gregorium Turonenſem quis non magni faciat, in hiſtoriâ præſertim Franciæ antiquâ, cujus alium teſtem ad prima tempora propiùs accedentem non habemus? Verumtamen eminent. Baronius autoritatem ejus elevare volens de Dionyſio, quem Gregorius ex veteri paſſione S. Saturnini ſub

*1 De ſcriptoribus Eccleſiaſt.

rum meritis, quæ in hoc opuſculo quondã adeò placuerunt, ut omnes ferè Eccleſiæ, ſibi proprium illud eſſe voluerint: tantùm abeſt ut novis hominibus licere debeat, autorem libelli tot elogiis ornati, quiſquis ille fuerit, convitiis opprobriiſque impetere, quemadmodùm nimis audacter fecere Gaudinus atque Ladvocatus, non animadvertentes, quòd hæc convitia in Gelaſium Papam recidunt, quem ſcriptor iſte, ab apocrypho libro *de tranſitu Virginis* falsò Melitoni adſcripto cavendum eſſe admonẽs, *1 manifeſtè ſecutus eſt.

636. S. ISIDORUS Epiſc. Hiſpalenſis.

Hunc Fulbertus, ſi verus eſt autor ſermonis 35. de Aſſumptione apud

*1 Ferè initio ſermonis de Aſſumpt.

Augustinum, *1 prorsùs ignarum cum S. Ambrosio, qui suprà, de morte B. Virginis ideóque de corpore ipsius evecto declarat ex illius textu, qui talis est in libro de vitâ & morte sanctorum: *specialiter nulla docet historia Mariam gladij animadversione peremptă: quia nec obitus ejus uspiam legitur, dum tamen nec reperiatur sepultura.* Quibus verbis Isidorus loquitur ferè apud Latinos, quemadmodum S. Epiphanius, suprà relatus, apud Græcos, idque sæculo septimo jam aliquantùm provecto.

Dicent fortassè Gaudiniani mortem ac sepulturam B. Virginis ignotam, tacitum argumentum esse, quòd corpus ejus in cælos evectum fuerit, quan-

*1 Tom. 10.

Decio & Grato consulibus, hoc est tantummodò circa annum 253. *Parisiacis missum esse* narrat, *1 quo pacto Dionysius primus Episcopus Parisiensis alius est ab Areopagitâ, *simplicitati ejus multa donanda esse* pronuntiat, *2 *qui multa aliter, quàm se veritas habet, æstimârit.* Verùm quod ibi Baronius de simplicitate Gregorij annotat, multò æquiùs admitti debet de libris quos juvenis scripsit, veluti sunt libri de miraculis, & de gloriâ confessorum, quàm de historiâ Francicâ, ab eo, jam ætate provectiori, compositâ. Attamen Gaudinus mavult eũ cum Melitone apocrypho loquentem audiri, quàm ex autoritate veteris historiæ passionis sancti martyris Saturnini scribentem. Observandum autem obiter videtur id quod Gregorius opinatur, *Mariæ nempe Virginis corpus susceptum fuisse in nube & delatum in paradisum, ubi resumptâ animâ æternis bonis perfruetur.*

637 SOPHRONIUS Patriarcha Hierosolymitanus.

1* Lib. 1. hist. c. 30.
*2 An 109. sect. 49.

Nihil affert Gaudinus ex Sophronio de corpore Virginis aſſumpto, ſed eum tantummodò dicit, *1 *poſt Sabbam Menæorum inſtauratorem extitiſſe.* Vnde concludit, ipſum *ſecutum fuiſſe traditionem Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, quam non ignoravit.* At primùm à Gaudino libenter ego petierim, an Sophronius hanc traditionem ab ipsâ Eccleſiâ Hieroſolymitanâ didicerit, an à Menæis Sabbæ? ſi reſpondeat, hanc ab Eccleſiâ Hieroſolymitanâ accepiſſe, jam ſuprà oſtendimus, traditionem iſtam in Eccleſiâ Hieroſolymitanâ non extitiſſe; nec teſtimonium Euthymiacum à Damaſceno prolatum ſatis valere, ut ea Eccleſiæ Hieroſolymitanæ affingatur, cùm è contrario validis argumentis teſtimonium iſtud facilè deſtruatur. Si dicat Gaudinus Sophronium traditionem hanc à canticis Menæorum Sabbæ didiciſſe, jam anteà probavimus non eſſe veram traditionem ullius Eccleſiæ, ſed traditionem libri apocryphi *de tranſitu, ideſt, de Aſſumptione B. Mariæ.* Nec, ſi Sophro-

*1 In ea pag. 180.

doquidem in terrâ non invenitur. At ſi mors & ſepultura neſcitur, quomodò reſurrectio ſcietur. Nam & eam ipſi mortuum eſſe non negabunt. Deinde ſi conjici poteſt evectam fuiſſe, quomodò talis evectionis conjectura *de certitudine omni humanâ naturali majore* haberi poterit? ſic ex abſurdis abſurdiora facilè naſcuntur.

667. S. Ildefonsus Archiep. Toletanus.

B. Virginis corpus aſſumptum fuiſſe, *pium* ait *1 *eſſe credere, ſed non debere à nobis affirmari hoc ſit, necne, ne videamur dubia pro certis recipere.* En pia *2 credulitas, en Gaudini certitudo manifeſtè excluſa.

*1 In ſerm. 6. de Aſſumptione tom. 9. Biblioth. Patrū. p. 162.
*2 Pia credulitas cum inſcitiâ, ſed certitudo excluſa.

735. VENERABILIS BEDA.

Hic nesciri testatur, *1 *quomodò, vel quo tempore aut à quibus personis sanctum corpus Virginis sit sublatum, vel in quo* sepulchro *resurrectionem expectet.* *2

Gaudinus quidem hîc repugnat, *3 causans, Bedam nunquàm ex Angliâ egressum fuisse, nec sanctos locos adiisse, ex quorum descriptione supra dicta verba desumpta sunt; ideóque non ex se loqui, sed ex alio libro de locis sanctis *ab Adamanno Scotorum*, ut ait, *Abbate scripto, dictante Arculpho Galliarum Episcopo, qui ad loca sancta profectus erat.* Hæc ex libro 2. Vossij de historicis latinis *nius Menæorum post Sabbam instaurator fuit*, ideò sequitur, ut omnia quæ in eis offendit, approbaverit; neque enim qui veterum scriptorum servandorum curam gerunt, omnibus, quæ in ipsis deprehenduntur, statim acquiescunt, sed ea, qualia sunt, sive vera, sive falsa lectorum arbitrio judicanda facilè derelinquunt.

750. S. IOANNES DAMASCENUS.

Vir fuit valdè pius Ioannes Damascenus, sed libens apocryphorum auscultator; neque tantùm *fabulosis narrationibus facilè fidem habens, neque de veritate earum investigandâ sollicitus*, ut ait Bellarminus, *1 veluti sunt narrationes *2 illæ quas jam tetigimus de *Falconillâ Gentili & idolorum cultrice, profanâque prorsus opifice atque à Christo aversâ*, precibus tamen Theclæ primæ martyris salutem consecutâ, & *de Trajano intentissimis S. Gregorij precibus* ab inferni suppliciis liberato; sed etiam eas aliquando ex testimoniis ignotis asseve-

*1 cap. 6. de locis sanctis.
*2 Juxta Cod. MSS. S. Germani Pratensis.
*3 cap. 8. art. 1. p. 331.

*1 De Script. Eccles.
*2 In orat. de defunct.

rans, veluti cùm de Trajano ſcribit*1 *Orientem totũ atque Occidentem teſtari, quòd iſtud verum ſit, atque ab omni calumniâ alienũ.* Quis enim unquàm in Oriente vel in Occidente id verum eſſe prodidit? Ita eum in oratione de Aſſumptione B. Virginis hiſtoriam Euthymiacam, atque alibi Menæa Græcorum ſecutus eſt, *de veritate* eârum rerum, quas inibi legerat, *inveſtiganda* non magis *ſollicitus fuit*, quàm de fabuloſis narrationib⁹ perſcrutandis, quæ Falconillam Trajanumque Gentiles uno momento cælis invehebant. Sed & ex iis quæ ſub Dionyſio annotavi, tota hæc Damaſceni narratio facilè corruit.

750. COSMAS HIEROSOLYMITANUS.

Coævus fuit Damaſceno, & fatente Gaudino, ejus *in literis educatione, & religioſa exercitatione collega*, ideóque cum illo ſentiens, & fabuloſa Pſeudo-Melitonis libenter amplectens.

Nuper mihi videre contigit quoddam opuſculum

*1 Ibidem p. 353. edit. 1577.

Gaudinus annotavit. Sed conſultò præteriit quod ibidem Voſſius adduxit ex eodem Bedâ, *1 Arculphum nempe *doctum in ſcripturis, ſanctorumque locorum gnarum eſſe, compertum fuiſſe*. Gaudinus igitur non perſpicit ſe ſuo argumento facilè confodi, cùm teſtimoniũ Arculphi *docti in ſcriptnris, ſanctorumque locorũ gnari* multò ſit validius, quã ipſius Bedæ, qui cùm loca ſancta non adiiſſet, plenam fidem adhibendam eſſe Arculpho cenſuit, nulloque pacto reluctandum eſſe teſti oculato, & *in ſcripturis docto*; cui tamen procul dubio reluctatus eſſet, ſi corpus virgineum aſſumptũ fuiſſe credidiſſet. Quid autem dicet Gaudinus ad ea, quæ idem Beda re-

*1 Lib. 5. hiſt. Ang. c. 16.

darguit ex autoritate Lucæ cap. 8. & 13. Retractationis *1 in Actus Apostolorum contra fictum Melitonem, quē ibi absque ullâ exceptione *mendacem* esse convincit, *2 dicens, illum *cùm manifestè erret, in tempore, in cæterisquoque suspectæ fidei esse*, ne quidem excepto ejusdem Melitonis de evecto Virginis corpore testimonio, quod excipiendū erat? Nonne manifestè concordant, sibique invicem manum præstant ambo textus ex locis sanctis, & ex retractatione in Actus?

INCOGNITUS AUTOR excellentis nomine ab Alcuino, *3 insignitus. *Circa tempora Caroli Magni.*

Triumphum Assum-

*1 Tom.6.p.20.& 28.
*2 cap.13. *3 In ejus Homiliario fol.582. edit. Coloniens. 1557.

*1 de Assumptione B. Mariæ Virginis autore Nicolao Horio Remensi, qui omnia se collegisse testatur *à beato Cosma (cui cognomen* inquit, *erat Vestitori)* sed purus putusque est Melito. Quin in S. Virginis laudes excurrens, adeò fines impositos egreditur, ut eam non timeat appellare *Deam*. *Attamen*, inquit, *2 *non facere possum, quin viris illis quàm gravissimis cæli Reginam longè præferendā esse putem*. Hæc optimè: deinde. *Quamobrem quid illam esse dicemus, nisi egregiam quandam & admirabilem Deam? Quoniā ego tantam in ea excellentiam offendo, equidem non aliter sentire possum.* Et in fine iterum appellat eam Horius, *omnium rerum procreatricem*, & *Deam quamdam*. Quis non videat hæc à zelo proficisci, qui non est secundùm sciētiam Dei, & fundamenta Theologiæ ac religionis evertere?

*1 Impressum Parisiis in Bello visu per M. Guidonem Mercatorem an. D. 1506. die 12. M. Oct. literis Gothicis in 8.
*2 fol. c. vi. vers.

740. S. GERMANUS Patriarcha Constantinopolitanus.

Quædam à Pseudo-Melitone desumpsit. Cætera sunt encomia ac laudes in B. Virginem Mariam, quas maximè comprobamus.

720. ANDREAS CRETENSIS Archiepiscopus Hierosolymitanus.

Hunc Autorem Gaudinus haud diligenter excussit. Nam si eum attentiùs perlegisset, parciùs eum de corpore Virginis assumpto locutum fuisse cognôsset, quàm supradicti Græci. Prosopopeiam fingit Cretensis, quâ S. Virgo suam ipsa translationem adstantibus enarrat. *1 Deinde apertè de eâdem translatione dubitationem suam haud semel indicat, ut suprà de Iuvenale loquens ostendi.

950. SIMEON METAPHRASTES.

Hic primus est ex autoribus, quos Gaudinus post Usuardum de assumpto corpore virgineo testimonium protulisse narrat. *2 Quid autem novi Metaphrastes

*1 In Biblioth. concionat. tom. 2. de sanctis, p. 684.
*2 cap. 6.

ptionis B. Virginis, *sive in corpore sive extra corpus*, quod nos *nescire* dicit, *Deum scire*, excellentissimè describit, verba hîc omittimus, quia alibi ea retulimus.

USUARDUS Monachus S. Germani Pratensis apud Parisios.

Floruit circa initia sæculi IX.

Patet ex suprà allatis Autoribus Usuardum jam in Ecclesiâ *inscitiâ* de assumpto Virginis corpore reperisse, quã factis Ecclesiasticis consignavit. Itaque Usuardus sententiam suam de eâ re non protulit, sed tantummodò testimonium dedit de *inscitiâ* illâ *Ecclesiæ* tam anteacti temporis, quàm sui. Quid enim aliud sonant hæc verba, *Quò venerabile Spiritûs sancti templum occultatũ sit, plus elegit sobrietas*

Ecclesia cum pietate nescire (de Ecclesiæ inscientiâ non de suâ loquitur) *quàm aliquid frivolum & apocryphũ docere*, hoc est, quàm figmenta atque apocrypha libri *de transitu id-est de Assumptione B. Mariæ* à Papâ Gelasio damnati docere?

Dicam etiam ampliùs (quod & magnoperè observandum esse reor) Usuardum nempe hanc *inscitiæ Ecclesiæ* notam Martyrologio suo consultò inserere voluisse, cùm Martyrologium istud, cui ex jussu Caroli Imperatoris ac Regis Franciæ operam dabat, futurum esset generale, Ecclesiarũ nempe omnium usui destinatum. Videbat enim Usuardus plures apocryphi Melitonis facilè vestigia sequi; quod ne diutiùs serperet, nec ab ipsis clericis admittere-

affert? Iuvenalem Hierosolomytanum, aut potiùs Euthymiacam historiam, atque alia falsi Melitonis exscribit.

Hactenùs Græci, nunc Latini, inter quos observandum est, nullum esse antiquiorem Vsuardo, præter Gregorium Turonensẽ. Nam veteres latini multò cautiùs ab apocryphis abstinuerunt, quàm Græci, nec præter eumdem Gregorium facilè ullum reperias, qui in scriptis suis fabulas illas infarsierit. Quin & inter illos vix ullum offendes, qui de morte S. Deiparæ quidquam protulerit. Quod quidem observatu dignum esse credo, veluti idem observavit Fulbertus in sermone de Assumptione apud Augustinum. *Sed nec invenitur*, inquit, *apud Latinos aliquis Tractatorum de ejus morte quippiã dixisse apertè*, & cætera quæ jam exscripsimus. De silentio SS. Ambrosij atque Isidori, necnon S. Ioannis Evangelistæ, quod iste scriptor in officio divino apud multas Ecclesias usitatus, allegare non veritus est, cùm Gaudinus

mihi improperet *1 quòd B. Lucæ silentium attulerim: *2 quasi sit grande piaculum ex literis sacris argumenta desumere, quibus nulla validiora esse possunt, quæque nullibi non sunt adducenda; tantùm abest, ut Doctori Sorbonico licere debeat exprobrare, quæ maximè ex officio suo collaudare ac ponderare debebat. Sed ô tempora! jam non erit tutum loqui de Christo, de Apostolis, de Evangelistis. Absit, si Gaudino plùs sapiunt Græci fabulosi, quàm sacræ literæ; paucos, credo, in Facultate Theologicâ sui gustûs sodales habebit.

1072. PETRUS DAMIANUS & alij contemporanei.

Non apertè loquitur Damianus de assumptâ corporaliter Virgine, quamvis ex interpretatione diversâ, quam affert, verborum *Ascensionis*, & *Assumptionis*, palàm sit, eum innuere, corporaliter hanc assumptã fuisse. Quod autem ille in eâ sententiâ ex documento libri apocryphi Melitonis fuerit, indicant verba sequentia sermonis ejus de

*1 cap. 2. p. 21.
*2 In dissertatione p. 68.

tur, perpetuum documentum veteris illius inscitiæ, quam adhuc in Ecclesiâ cernebat, fastis ejus inscribendum esse censuit; idque ad exemplum Bedæ, qui cùm antè annos circiter octoginta idem animadvertisset, monitum simile in libro Retractationis in Actus Apostolorum apposuit: *1 *Hæc ideò*, inquit, *commemorare curavi, quia nonnullos novi præfato volumini contra authoritatem beati Lucæ incautâ temeritate assensum præbere*: Nam Beda volumen istud falsi Melitonis verbis Lucæ ex Actibus pauló antè confixerat. Itaque jam tum Bedæ atque Usuardi temporibus quidam insurrexerant, veluti nunc etiam obfirmatè faciunt Gaudinus atque Ladvocatus;

*1 cap. 8. v. tom. 6.

contra traditionem Ecclesiæ, licet ejus inscitia jam anteà vulgata fuisset ab Epiphanio; inducta ab Hieronymo, Proclo, Concilio Ephesino, Cyrillo, Juvenali; promulgata à Gelasio Papâ I. repetita ab Autore Hieronymianæ epistolæ, ab Isidoro Hispalensi, ab Ildefonso Toletano, à venerabili Bedâ, ab Autore illo excellenti apud Alcuinum. Qui autem traditionem hâc impugnabant, hi sunt quos Gaudinus jactitat *1 sub nomine *sanctorum Patrum, aliorumque Autorum, qui antè Usuardum Assumptam Virginem probavêre*, non Juvenalis Hierosolymitanus, qui verè assumptam Virginem nescivit, sed Euthymius qui Juvenalem quasi scientem, vel

*1 cap. 5. p. 132.

Assumptione, *1 quæ Gaudinus reticuit. *Attolle jam oculos ad Assumptionem Virginis* (Ascensionis Christi descriptionem paulò ante absolverat) *& salvâ Filij majestate, invenies occursum hujus pompæ non mediocriter digniorem. Soli quippe Angeli Redemptori occurrere potuerunt, Matri vero cælorum palatia penetranti Filius ipse, cum tota curia, tam Angelorum quã justorum solemniter occurrens evexit eam ad beatæ consistorium sessionis.* Hic enim occursus Filij Redemptoris in apocrypho Melitone legitur cap. 16. ideóque à Gelasio Papâ damnatus est.

Contemporaneos Damiani Gaudinus posteà nominatim exprimit, eosque tantùm *cum Damiano planè consentire* asserit, sed nullis eorum verbis adductis. Bella certè testimonia! quæ si retulisset, fortasse illi cum *Damiano planè* non *consentire* viderentur. Quòd si consentiant, non solùm sunt contemporanei Damiani, sed etiam omnes cum illo Melitonis discipuli.

*1 15. Aug. V. tom. 2. p. 91.

Sola Anſelmi verba Gaudinus exſcripſit, quæ nihil protsùs de corpore Virginis proferunt. Nam quis neget quod ait Anſelmus, *1 *totā Chriſtianitatem noſſe, Mariam ſuprà omnes cælos exaltatam eſſe, & Angelicis choris prælatam certiſſimè credere?* Idem Vſuardus, Ado, Notkerus, cæterique omnes, qui ipſis adſtipulantur, *certiſſimè credunt,* ſive *in corpore* ſive *extra corpus exaltata ſit.* Sed ſic ſolet agere Gaudinus, qui ſcriptorum verba generalia de Virginis exaltatione, quam ipſi non explicant, de corporeâ vult indubitanter intelligi.

1153. S. BERNARDUS.

B. Virginem Bernardus cum ſingulari devotione coluit, quam imitari cuilibet pium eſt atque laudabile. Sed eum fruſtrà Gaudinus adducit, tum quia de Aſſumptione corporeâ Virginis obſcurè aut parcè locutus eſt, tum quia *piæ* tantùm *credulitati*, quam tenemus, aſſenſum præbuit. Et quid aliud amplius dicere potuiſſet Bernardus, quā Vſuardus, cujus Martyro-

* 1 cap. 4 de excellētiâ Virginis.

invitum, loqui fecit; S. Sabbas ex Menæis, Gregorius Turonenſis, S. Sophronius, Joannes Damaſcenus, Coſmas, Germanus, Andreas Cretenſis, quos omnes libri damnati fabuloſa retuliſſe conſtat, excepto Andreâ, qui fluctuat, & potiùs Uſuardo quàm Melitoni accedit; quod Gaudinus aut non animadvertit, aut animadvertere noluit. Teſtimonio igitur Uſuardi de *inſcitiâ Eccleſiæ* his omnibus oppoſito, reſtat inquirendum, quorum teſtimonium verius ſit. Equidem non verebor, horum teſtimonium, ſi non falſum, certè *frivolum & apocryphum* cum Uſuardo appellare, cùm idem ſit quod apocryphus Melito protulit. Quapropter teſtimonium illorum ab Eccleſiâ nul-

libi, quod ſciam, receptum eſt. Traditio autem eſt in ore Eccleſiæ, ut dixi, non in ore hominum, niſi fortè cum Eccleſiâ concordent.

Sed longè aliter ſentiendum eſt de Uſuardo, cujus teſtimonium, eſt ipſius Eccleſiæ teſtimonium, in quo ideò nihil frivolum eſt neque apocryphum, nihil ab ullo Pontifice Romano, nihil ab ullo concilio damnatū. Quo conſtituto quis teſtimonium ejus falſi redarguere audeat? Quis eo veſaniæ proruperit, ut turpiſſimum mendacij crimen tanti nominis viro inferre præſumat, cui ab Imperatore ac Rege Carolo res ea injuncta eſt, quæ maximè omnium veritatem poſcit, hiſtoriæ nempe Eccleſiaſticæ narratio, cùm Martyrologiū nilogium tunc in omni ordine Ciſtercienſi florebat? qui nihil ex Melitonis fabulis admiſcuit?

Itaque S. Bernardum mearum partium eſſe dico, qui *piam credulitatem* ex convenientiarū rationibus ortam ſecutus eſt: Gaudini verò partium eum eſſe nego, qui *certitudinem* ejus novam nunquam agnovit.

1200. CONSENTIENTES CUM BERNARDO, duodecimo ſæculo. p. 256.

HONORIUS AUGUSTODUNENSIS.

RUPERTUS TRITIENSIS.

HUGO DE S. VICTORE.

PETRUS CLUNIACENSIS.

ADAMUS DE S. VICTORE.

RICARDUS DE S. VICTORE.

PETRUS CELLENSIS.

Perlepidus eſt ſanè nomenclator Iacobus Gaudinus, qui nobis tot ſimul autores opponit nominetenus, nec ullis ipſorum verbis adductis, quæſi protuliſſet, non dubito quin cauſæ meæ patrocinarentur. Sed hic mos eſt Gaudini, qui quoties aliquis autor vel paululū piè quidquam protulit quo propenſionem ſuam ad credendum corporalem Virginis Aſſumptionem oſtenderit,

mox illum asseveret, eam *de certitudine omni humana naturali majore* professum fuisse.

In Honorio igitur, Ruperto ac pluribus hîc nominatis, nihil de assumpto corpore Virgineo video. At exemplum confidentiæ Gaudini demus ex Hugone Victorino, qui de privilegio hocce Assumptionis Virgini à Deo concesso sic loquitur: *1 *septimum privilegium est, quod cum corpore suo (quantùm credimus) in cælo vivit. Licet enim B. Hieronymus hîc opiniones ponat, non tamen factum abnuit, sed rationis astuta tota fidei nostræ colla submisit, in qua dicimus non impossibile Deo esse, ut illud divinitatis habitaculum singulare corruptioni non subjaceat, vel vermibus. Qui enim trium puerorum vestimenta in camino ignis illæsa servavit, corpus matris propria incorruptum servare potuit, & voluit.* Numquid non ista meliùs conveniunt *pia credulitati* nostræ, quàm *certitudini* Gaudini *omni humana naturali majori?*

*1 Lib. 3. erudit. Theol. p. 125. & de Assumpt. tom. 3. p. 272.

hil aliud sit, quàm Ecclesiæ brevis quædam historia?

At fortè nescius fuit Usuardus *scientiæ Ecclesiæ*, cùm ejus *inscientiam* literis prodidit? Quasi verò Usuardus res omnes Ecclesiæ, ac potissimùm eas quæ ad fidem spectabant, haud perfectè calluerit, ob quarum exactam scientiam inter alios electus fuit, qui eas scriptis veracissimè ac fidelissimè mandaret? Sed & mentitus gratis fuisset, cui nihil proderat mentiri: mentitus fuisset impudenter & absque effectu, cùm eum omnes Ecclesiæ turpiter tãquam mendacem repulissent. Quod contrà accidit: nam eum omnes libenter receperunt quasi candidum veritatis testem. Adde quòd & ille mentitus fuisset non solùm impiè

ſed etiam ſtolidè, cùm S. Virgini debitum honorem eripuiſſet eo ipſo tempore, quo corpus ejus *venerabile Spiritûs ſancti templum* appellabat. Nulli profectò, qui vel micam ſalis in corde habuerit, de Uſuardo tanta impudentia, tanta ignorantia, tanta impietas, tanta ſtoliditas perſuaderi poterit. Ad hæc omnia non animadvertit Baronius quando in Uſuardum invectus eſt, cùm eum quaſi malè opinantem redarguerit, qui reverà nihil opinatus erat; non autem eum quaſi teſtem judicaverit, qui tamen teſtimonium ſuum teſtibus præcedentibns tantùm addiderat.

Quod ſi Simeon Metaphraſtes idem ille fuerit ac is quem in Traditione Eccleſiæ collocavimus ſub nomine Si-

Rursùs obſervandum eſt, quàm diligenter Gaudinus autores evolverit, quamque bonâ fide retulerit, cùm Petrum Cellenſem collocarit inter illos, quos de Virgineo corpore exaltato cum *certitudine* loquutos fuiſſe opinatur, cùm è contrario Cellenſis, dubietatem ſuam eâ de re in ſermone I. de Aſſumptione manifeſtè aperuerit hiſce verbis, *Quod vero ignoratur, etſi piè credatur, utrum ſcilicet corpore aſſumpta ſit, cauſa venerationis feſtum* (legendum videtur *factum*) *eſſe credendum eſt*, & quæ ſequuntur, in tabulâ traditionis juxta Uſuardum excripta. Sic Gaudinus tendit *inſidias* & *crimine ab uno diſce omnes*. Nam quis neget crimen eſſe Theologo, non loqui candidè, & in globo teſtimonia afferre, quæ vel nihil dicunt, vel aliud omninò proferunt, quàm quod proferre dicuntur.

Elizabetha Schonaugiensis.

Ergò non ſufficiebat Gaudino traditionem ſuam fictitij Melitonis, & ejus ſequacium autoritate firmare. Oportebat etiam, ut

eorum narrationibus à Gelasio proscriptis revelationes adderet, & hanc præsertim Elizabethæ Schonaugiensis; quam Ecclesia Romana, testantibus Belectho *1 atque ipso Baronio *2 respuit? Sic Gaudinus utrumque admittens, Melitonem facto, Elizabetham & facto, & verbo, Romanos Pontifices cum sede Apostolicâ reverenter ludit si potiùs eis apertè non illudit.

Prætereà Gaudinus non perspicit, quòd Assumptionem B. Virginis corporalem ex Elizabethæ revelatione statuens, festum Assumptionis ad 23. Septembris rejicit. Nam Elizabetha sibi revelatum esse scripsit, quòd Virgo Maria corporaliter assumpta fuisset quadragesimo die post mortem. Et exinde Baronius contendit, secundam illam Assumptionem, quæ in martyrologio Bedæ 23. Septembris legitur, ab alio quàm à Bedâ ibi assutam fuisse. Quo pacto Gaudinus vocem *Dormitionis* B. Mariæ die xv. Augusti, vel

*1 c. 41. de divinis offic.
*2 an. 48. sect. 4.

meonis magistri ac logothetæ, ut fieri potest, cur ab enarranda Deiparæ resurrectione Metaphrastes abstinuit in chronico, quam in oratione de ipsius vita & assumptione publicam facere non timuit? eam certè nullibi non manifestare debuit, si alicubi tanquam dubiam & incertam non proposuit, sed de qua nemo tunc temporis dubitaret, & perperam conjectat Gaudinus. *1

874. S. Ado Archiepiscopus Viennensis.

Eamdem traditionem Ado, iisdemque verbis, quibus Usuardus, expressit, si tamen Usuardum Ado *2 non præcessit, nec Usuardus ad Adonis modum locutus est. Nam si Usuardus jussu & tempore tantùm Caroli

*1 cap. 6. pag. 244.
*2 ob. an. 874.

Calvi *1 ſcripſit, Uſuardum Ado præceſſit, ideóque prior Uſuardo mentitus eſt, ipſique mentiendi viam aperuit. Nam nec Ado inſcientiam ſuam de corpore Virginis evecto protulit, ſed tantùm inſcientiam Eccleſiæ teſtatus eſt, quemadmodum Uſuardus. Quis autem ferat Adonem, inter cælites etiã in Martyrologio Romano Baronij nuncupatum, mendacij accuſari? Videant Gaudinus & Ladvocatus quo ſe facinore implicent, cùm Uſuardum atque Adonem pari crimine involuant.

At forſan Ado non magis novit quàm Uſuardus, quid Eccleſia in eâ re crederet? Quaſi verò ille, Archiepiſcopus Viennenſis, inter omnes Galliæ Antiſti-

*1 ob. an. 886.

invitus, tacitè corroborat, cùm eo die feſtum eſſet tranſitûs B. Virginis ex hâc vitâ, non Aſſumptionis in cælos corporeæ, ſi Aſſumptio ad 23. menſis Septembris rejiceretur.

1150. MICHAEL GLYCAS Græcus Siculus.

Glycæ verba Gaudinus exſcripſit *1 ex parte 3. Annalium, quæ mihi notatu digna videntur. *Nam & ipſa*, inquit, *de ſepulcro reſurrexit, prorſùs ut filius ejus, idemque Deus etiam fecerat, ſolis ſepulcralibus exuviis in monumento relictis.* Quibus verbis Glycas reſurrectionem Virginis reſurrectioni Chriſti prorſùs conſimilem facit: quod & ferè illi omnes, qui Melitonem ſecuti ſunt, affectâſſe videntur.

Et quidem Gaudinus non diffitetur, Glycam ad Melitonis modum locutum fuiſſe, cùm mox addit, eum *ad ſententiam ſuam confirmandam teſtimonio Iuvenalis uſum eſſe.* Nam teſtimonium illud juvenalis nomine proditum, ab illo fictitio Melitone prodiiſſe non ſemel jam oſtendimus.

*1 c.6. art.3. p.257.

Quod autem posteà Gaudinus observat, Glycam *rationibus non paucis ex scriptura sacra depromptis usum esse*, potest quidem valere ad *credulitatem piã*, non autem ad *certitudinem* constituendam, quam ne quidem cogitavit Glycas. Nam rationes istæ *suasiones* quidem *sunt*, ut docet Tostatus, *1 *sed non convincunt.*

Suam denique sententiam Glycas confirmat autoritate illius homiliæ de Annunciatione B. Mariæ apud Athanasium de quâ suprà locutus sum, quasi foret Athanasij, sed Baronius ex supradictis rationibus id non probat. *2 Itaque Gaudinus non semper in verba Baronij jurat, sed etiam aliquando ab illo dissentit, si sibi non est idoneus.

1196. MAURICIUS Episcopus Parisiensis.

Gaudinus *hallucinationem* meam de Modesti textu apud Photium, de quo alibi dicturus sum, miratus, se *humani ingenij conditionem doluisse* ait. *3 Ego verò miror Gaudini argutes splendidissimus, & in historiis antiquis versatissimus, quarum monumenta luculenta posteris reliquit, res omnes Ecclesiæ non apprimè cognoverit? ô quanta deliratio? Quòd si Usuardi ac S. Adonis testimonium verum est, de quo dubitari nequit, ubi traditio illa antiqua ac perpetua Gaudini, quam isti duo testes, vel soli funditùs evertere possunt?

882. HINCMARUS Archiep. Rhemensis.

Hic, testante Flodoardo, *1 *inscitiam Ecclesiæ* sequutus est ac tutatus, cùm pro Homiliâ, Hieronymianâ de Assumptione, de quâ suprà, dictum est, contra quemdam Monachum Corbeiensem, qui eam recipiendam non esse contendebat, asse-

*1 In Matt. 22. q. 230. tom. 11. p. 137. *2 an. 48. sect. 20. *3 c. 5. art. 1. p. 141.

*1 Lib. 3. hist. Eccl. Rhem. c. 5. & 23. fol. 260. vers.

rit *catholicè eſſe dictatam*. Nam hiſce verbis oſtendit, non ſolùm eam ſe comprobâſſe, quia crederet eſſe Hieronymi, ſed quia veram & catholicam ſententiam de Aſſumptione contineret, & cum *cautelâ ſensûs & intellectu* cõſcripta eſſet.

957. SIMEON Magiſter & Logotheta.

Opus is Annalium ab orbe condito ad Romanum uſque Conſtantini Porphyrogennetæ filium græcè compoſuit, Autor inter Annalium ſcriptores cumprimis Eccleſiaſticus, proximè vulgandus *1 à R.P. Franciſco Combefiſio ordinis PP. Prædicatorum Pariſienſiũ ad S. Honorati. Hic ibi Deiparæ Virginis obitum deſcribens, quam

*1 Ex Codice à Raphaële du Freſne ex Italiâ cum aliis poſtremâ profectione advecto, nunc Bibliothecæ Regiæ.

mentum, quo ſe riſui exponit, quandò Mauricium Epiſcopũ Pariſienſem profert *1 inter autores ſuæ *certitudinis* de corpore Virginis exaltato, quia nimirum *ejus cura ac ſollicitudine aſſurgere caperit auguſtiſſimum hoc Pariſienſe Templum, in quo aſſumptæ Virginis laudes diu noctuque decantantur. Ex quo cæteris in hoc Virginis aſſumptæ cultu exemplo ſuo prævenit &c.* Quaſi verò Mauricius Epiſcopus *auguſtiſſimũ hoc templum* in honorem B Virginis exſtrui non curaſſet, niſi ipſi in mentem veniſſet, hanc corporaliter aſſumptam fuiſſe. Quis non videat id ex ore Gaudini leviter, & abſque ullâ præviâ cogitatione excidiſſe? Quis credat Mauricium aliud in mente habuiſſe, quàm gloriam Dei, atque honorem B. Mariæ Virginis, qualiſcumque ille fuerit?

Nec ſanè Gaudinus advertit, cùm hæc ſcripſit, ad illa quæ nulli non nota facilè eſſe poſſunt ex libro antiquitatum Lutetiæ autore Iacobo Breulio *2 Be-

*1 pag. 257.
*2 Francicè du Brueil.

nedi-

nedictino è cœnobio S. Germani Parisiensis, Ecclesiam nempe Cathedralem Parisiensem jam ab anno 522. regnante Childeberto, B. Mariæ Virgini dicatam fuisse, nec primùm *Templũ* istud *augustissimum*, quod nunc visitur, *sub Mauricio assurgere cœpisse*, sed sub Hercando sive Erkenrado Episcopo Parisiensi tempore Caroli Magni, *1 vel potiùs Ludovici Pij, *2 cujus opus inchoatum Mauricius *3 regnante Ludovico juniore provexit; Odo verò *4 de Soliaco Mauricij successor tempore Philippi Augusti absoluit.

Nec iterùm Gaudinus adeò curiosus fuit, ut nostra chartophilacia, quæ *Pastoralia* dicimus, perlustrare voluerit, in quibus didicisset, veluti & in *antiquitatibus Breulij*, *5 Ecclesiam Parisiensem antiquitùs non soli B. Mariæ dicatam fuisse, sed etiam unà SS. Dionysio & Stephano Protomartyri, imò &

*1 v. Breulium p. 9. ex actis Thesauri Ecclesiæ Paris.
*2 v. In Galliâ Christianâ.
*3 An. 1164. *4 An. 1197.
*5 p. 80. ubi de Eccles. S. Dionysij de passu.

ad annum usque ætatis 72. vitam produxisse autumat (an benè vel malè non disputo) de resurrectione ipsius prorsùs obmutescit, quibusdam græcis Autoribus in hâc parte parciùs locutus hisce verbis: Μετὰ δὲ τὴν τοῦ Κυρίου ἀνάληψιν ἡ Θεοτόκος ἐν Σίων διέτριβεν ἕως τῆς τελευτῆς αὐτῆς. Πρὸ δὲ κ΄. ἡμερῶν ἔγνω τὴν ἔξοδον αὐτῆς, καὶ πρὸ τριῶν ἡμερῶν ὁ Ἀρχάγγελος ἐμήνυσε τοῦτο αὐτῇ. Παρέδωκε δὲ, τῷ υἱῷ τὴν ψυχὴν, οὖσα ἐτῶν οβ΄. ὥστε μετὰ τὴν ἀνάληψιν χρόνους κδ΄. ἐπεβίω. *Post Dominum autem in cœlos receptum, Deipara in Sion, ad usque obitum, vitam egit. Ante autem viginti dies quàm*

à seculo migraret, sui obitùs diem cognovit, ac triduò antè Archangelus id ei significavit. Tradidit verò spiritum Filio, cùm esset annorum septuaginta duorum. Proinde vixit post Filium in cælos receptū annos viginti quatuor. Hæc Simeon, qui quæ certiora sibi videbantur facilè annotavit, neglectis iis quæ certitudine nullâ constabant.

970. Notkerus Abbas sancti Galli apud Helvetios.

Valdè incertus videtur Notkerus circà Assumptionem corporis virginei, de quo postquā dicta Gregorij Turonensis retulit, *doctissimos tractatores* ait *videri inter se diffidere*, suumque *non esse id definire, hoc tamen certissimè cum universali Ecclesiâ se credere*

aliis. Id inter alia indicat diploma Caroli Calui quod ex Pastorali magno integrum exscripsere fratres Sammarthani sub Erchanrado Episcopo *1 in *Gallia Christiana*, *2 in quo hæc verba notatu digna videntur: *Ideóque dùm pluris habetur percognitum, qualiter Ecclesia Parisiaca, quæ est in honore S. Mariæ matris Domini nostri Iesu Christi & SS. Stephani Protomartyris, Dionysij, Germani, Marcelli, vel S. Chlodoaldi Confessoris, vel cæterorum Dominorum, quorum pignora in ipsâ plebe, vel in ipsâ Ecclesiâ Parisiacâ adunata requiescunt.* Et postea. *Eorum nos petitioni assensum præbentes in Ecclesia, quæ est in honore S. Stephani protomartyris.* Sed & idem expressius docent, præsertim de B. Mariâ, & de S. Stephano, duo alia diplomata in *parvo Pastorali* quorum prius sic habet in titulo, *3 *Exemplar viaria Episcopi Parisiensis juxta claustrum Canonicorum.* In eo etenim fit mentio *veteris Ecclesiæ S. Stephani.* Posterius verò sic exprimi-

*1 an. 835. *2 p. 407.
*3 fol. 42. 28.

tur *1 *Praeceptum de Canonicis S. Mariæ, & hominibus, quòd nullus infrà ditionem imperij Regis Franciæ ab ipsis aliquam consuetudinem exigere vel accipere præsumat*; & ad Episcopum & Canonicos Paris. per hæc verba Ludovici vulgò Grossi dirigitur: *Ego Ludovicus Dei dispensante misericordia in Regem Francorum sublimatus &c. quia venerabilis Girbertus Parisiorum Episcopus, Bernerus Decanus, Stephanus Cancellarius noster atque ejusdem Ecclesiæ Archidiaconus, totusque Parisiensis Ecclesiæ communis conventus detulerit nobis præceptū Prædecessoris nostri Ludovici Caroli filij, in quo continebatur, qualiter ipse & antecessores sui Reges videlicet Francorum Rectoribus Ecclesiæ S. Dei Genitricis & S. Stephani protomartyris, atque S. Germani Confessoris, in quorum honore ipsa sedes Parisiaca dedicata est, concessissent, &c. Actum publicè Parisiis anno incarnationis M. C. XIX. regni nostri XI.* Id ex pluribus testimoniis sufficit, de quibus quid homini negotioso

*1 fol. 44. 29.

& confiteri, quia si reverendissimum illud corpus, ex quo Deus est incarnatus, adhuc alicubi in terrâ celatur, revelatio utique illius ad destructionem Antichristi reservatur. Ecce tertius testis Martyrologus de *inscitiâ universalis Ecclesiæ* post Usuardum & Adonem. Qui aliter loquuntur, Ecclesiæ nomine non loquuntur. *In ore* autem *duorum vel trium testium stat omne verbum*, juxta utramque Dei legem. *1

1007. S. FULBERTUS Episcopus Carnotēsis.

Tribuitur illi sermo 35. de sanctis, qui est de Assumptione B. Mariæ Virginis, apud Augustinum, *2 in quo hæc verba leguntur: *Hæc ideò dicimus, fratres, quia sicut jam in*

*1 Deuter. 18. 15. Math. 18. 16. 2. Cor. 13. *2 Tom. 10.

consuetudinem suscepit Ecclesia, hodierna die ad cælos assumpta fuisse creditur Virgo Maria. Sed quo ordine hinc ad superna transierit regna, nulla catholica narrat historia. Non solùm autem respuere apocrypha, verùm etiã ignorare dicitur hæc eadem Ecclesia. Siquidem sunt nonnulla sine autoris nomine (de libro Pseudo-Melitonis qui condemnatus est à Gelasio Papâ absque nomine sub hoc titulo tantùm, *Transitus, idest, Assumptio B. Mariæ) de ejus assumptione cõscripta, quæ, ut dixi, ita caventur, ut ad confirmandam rei veritatem legi minimè permittantur. Hinc sanè pulsantur nonnulli, quia nec corpus ejus in terrâ inveniatur, nec assumptio ejus cum carne ut in apocryphâ legitur, in*

atque aulam ambienti inquirere prodesset? Citiùs absque ullâ temporis jacturâ effunditur, *Mauritij cura ac sollicitudine assurgere cæpit augustissimum templum Parisiense, in quo assumptæ Virginis laudes decantantur*, quàm hæc infructuosa cum tædio perscrutari & investigare.

Adde quòd Mauricij tempore *in augustissimo templo Parisiensi* non minùs Vsuardi verba & lectiones Hieronymiani sermonis quotannis xv. Augusti cantabantur, quàm *laudes Assumptæ Virginis*, nec minùs coram Mauricio in Pontificalibus sacris operante, quàm coram præcedentibus Episcopis. Neque ideò tunc temporis doctrina Ecclesiæ Parisiensis, quam hîc contra veritatem exprimit & quasi contrariam Vsuardo jactat Gaudinus, minùs quàm anteà eidem Vsuardo atque Hieronymiano sermoni congruebat atque concordabat. Præterea non omittendum videtur, quòd isto tempore maximè florebat in Ecclesiâ Parisiensi omnium disciplinarum atque ipsius Theologiæ studium, in quâ jam tum à

ducentis atque ampliùs annis Canonici ipſi publicè legebant, quorum documentis plures viri eruditione celebres pradiêre, præſertim regnantibus Ludovico VI. qui vulgò cognominatus eſt Groſſus, & Ludovico VII. ſive juniori, qui tandem inſigni huic Academiæ Pariſienſi, quam nos hodie univerſitatem vocitamus, originem formamque dedêre. Id ipſum eſt quod obſervavit Antonius Loiſellus avus meus in actione cauſæ, ſive tractatu de Univerſitate Pariſienſi *1 gallicè conſcripto & edito. Nulli autem tot doctorum Canonicorum tunc in mentem venit Vſuardo vim inferre, quòd perperàm de aſſumptâ Virgine loquutus fuiſſet, quem contra rectè, verè ac ſapienter locutum eſſe cernebant.

1274. S. THOMAS.

Et hunc quoque noſtratem eſſe dixi, & piam tantummodò credulitatē docuiſſe jam in Traditione juxta Vſuardum oſtendi.

1429. IOANNES GERSON.

Quod adduxit Gaudinus ex Gerſone contra ipſum

*1 p. 355. in lib. cui titulus eſt, *la Guienne de M. Ant. Loiſel.*

catholica reperitur hiſtoriâ. Quibus dicendum eſt, quia ſi Moyſi corpus non invenitur ab homine in terris, cum quo locutus eſt Deus facie ad faciem: illius quærere dementiæ eſt per quam idem majeſtatis Deus incarnatus effulſit in terris. Neque enim dignum eſt de corporis ejus notitiâ ſollicitum quempiam eſſe, quam non dubitat ſuper cælos elevatam cum Chriſto regnare. Sufficere debet tantùm notitiæ humanæ hanc verè fateri Reginam cælorum, prò eo quod Regem peperit Angelorum. Et poſteà. *Reſtat ergò ut homo mendaciter non fingat apertum, quod Deus voluit manere occultum. Vera autem de ejus aſſumptione ſententia hæc eſſe probatur, ut ſecundum Apo-*

stolum, sive in corpore, sive extra corpus ignorantes, assumptam super Angelos eam esse credamus. Hæc Fulbertus, qui paucis verbis non paucos adversariorum syllogismos soluit, & evertit. At, inquient, hæc neque Augustini neque Fulberti sunt. Augustini quidem non esse demonstrat Isidorus, qui ducentis post Augustinũ annis vixit, ibi nominatus. Quid autem impedit, quin * Fulberti sint, cujus nomen in ipsis S. Augustini codicibus ad marginem inscribitur? Non credendum est eos, qui nomen istud apposuerunt, id inexploratò fecisse. Denique sermo iste, cujuscumque sit, ab Ecclesiâ non solùm probatus est, sed etiam receptus, atque in officij divini lectionibus nocturnis, quas matu-

facit. *Fuit tempus aliquod,* inquit Gerson, *in quo non tenebatur generaliter Mariam Virginem esse in paradiso in corpore & animâ,* (Vbi ergo traditio illa antiqua & generalis, & consensus universalis Gaudini?) *sicut modo tenetur.* Nunquid modò istud non tenemus quod piè credimus?

THEOLOGI PARISIENSES. *Sec. xv.*

Theologorum Parisiensium sententiam conjectat Gaudinus ex censurâ quâdam Theologicæ Facultatis *1 datâ anno 1497. adversùs Ioannem Morcellũ Dominicanum, qui inter concionandum festo die assumptæ Virginis in Basilicâ S. Benedicti quatuor propositiones fecerat, quarum tertia hæc erat, *Christum occurrisse Virgini Mariæ in suâ Assumptione apocryphum est.* Quarta, *Nos non tenemur credere sub pœnâ peccati mortalis quod Virgo fuit assumpta in corpore & animâ, quia non est articulus fidei.* Has propositiones Facultas, ut refert Gaudinus, condemnavit; tertiam falsitatis; quartam & falsitatis & hæreseos. De

*1 c. 6. art. 6. p. 278.

hæresi Gaudinus ipse non consentit. Quid autem Morcellus in tertiâ propositione apocryphum esse dixerat, nisi idipsum quod Gelasius Papa in Pseudo-Melitone damnavit? Hic enim Christi occursus in Melitone legitur cap. 16. Facultas igitur, si Gaudino credimus, Papam Gelasium falsitatis pulchrè condemnavit. Quis hoc ferat nisi ipse Gaudinus Doctor, necnon socius Sorbonicus?

In quartâ propositione quid aliud Morcellus concionatus erat, quàm quod omnis Ordo Patrum Prædicatorum in Choro cantabat? Extant adhuc in veteri Breviario S. Dominici, de quo infra dicemus lectiones, quas in festo Assumptionis Morcellus legerat, in quibus post multiplices Assumptæ Virginis laudes, apocrypha rejiciuntur, nec ea *in catholicâ reperiri historiâ* profertur, *nec dignum esse de corporis Virginis notitiâ sollicitum quempiam esse, quam non dubitat super Angelos elevatam cum Christo regnare: sufficere debere notitiæ humanæ, hæc verè fateri Reginam cælorum pro eo quod peperit Re-*

tinales nunc vocamus, frequenter usitatus.

1048. S. ODILO Abbas Cluniacensis.

Non solùm Hieronymiani sermonis de Assumptione ad Paulam & Eustochium, sed etiam aliorum doctorũ dubietatem sequitur hisce verbis, *quibus non audemus aliquid, nec debemus adjicere*, sic omnem *certitudinem* Gaudinianam expellens. *1

1115. S. IVO Episcopus Carnotensis.

Sermonis Hieronymiani suprà nominati verba, quibus Assumptio corporea B. Virginis dubia relinquitur, Ivo in decreto suo inseruit, *2 quasi canonica, & quibus ipse assentitur. Et ex iis concludit, *nihil aliud ex libro apocrypho de tran-*

*. Certitudo Gaudini expulsa.
*2 Part. 4. c. 152.

situ B. Mariæ experiri posse pro certo, nisi quòd Beata Virgo migravit à corpore. Id Gaudinum quærit, qui negat *1 Gelasium, hûc librum omninò damnâsse, quasi Gelasius exceptionem subintellexerit, quoad evectionem corporis Deiparæ. Sed Ivo hîc negat quidquam à Gelasio exceptum fuisse præter mortem B. Virginis, de quâ nemo dubitare debet, ut suprà observatum est.

1124. GUIBERTUS Abbas de Novigento in agro Laudunensi.

Pudicitiam Ecclesiæ eam esse Guibertus dixit, *2 *ut etiam Matris Dominicæ corpus resurrectione glorificatum dicere non audeat*; (En iterũ quartus testis nomine Ecclesiæ loquens)

*1 cap.8. art.1. p.328.
*2 Lib.1. de pignor. sanct. c.3.

gem Angelorum. Itaque Morcellus nihil proposuerat, quod non officio divino Dominicanorum maximè congrueret. Ergo Facultas totum Ordinem S. Dominici cum Morcello damnavit. Quis id sibi persuadere valeat, nisi Gaudinus, censuræ, quâ jugulantur tot eruditi piique Patres, Apologista? Cætera sileo, quæ jam bis à Ioanne Launoio ejusdem Facultatis Doctore celeberrimo, annotata sunt in libello de controversiâ nostrâ.

Vnum tantùm addam, quòd Gaudinus hanc Censuram informem prodidit, nempe absque scribæ testimonio ac subscriptione: quod in re tali necessarium esse non pauci autumant. Vnde facilè adducor, ut credam eam confictam fuisse, vel ab aliquo codice haud authentico exscriptã; vel si vera sit, tumultariò à paucis Theologastris ad id conspirantibus concinnatam absque ullâ veteris doctrinæ Ecclesiæ inquisitione, absque opusculi apocryphi Melitonis examine, absque condemnationis à Gelasio Papâ latæ notitiâ: quam quidem eruditiores

ac ſapientiores Theologi Facultatis ſuo calculo non comprobarunt, qui nec Gelaſium, nec Vſuardum, nec S. Adonem, nec cæteros eorum aſſeclas, nec innumeras Eccleſias, nec totum Ordinem S. Dominici condemnâſſent. Vnde concludendum eſt, Gaudinum ex tali Cenſurâ, quam publicam facere non debebat, Theologos Pariſienſes inter autores ſuæ traditionis contra Vſuardum, parùm prudenter ac nimis audacter collocâſſe: ideóque perperàm *1 conjicit, doctiſſimos illos Theologos qui meum opuſculum ſuo ſuffragio commendarunt, quique profectò tali Cenſuræ nunquam ſubſcripſiſſent, ſi eo tempore, quo lata eſt, vixiſſent, approbationem illam, quam prudentes ſcienteſque & pro veritate aſſerendâ facilè mihi conceſſerunt, retractaturos.

LAURENTIUS IUSTINIANUS.
BERNARDINUS SENENSIS.
ANTONINUS FLORENTINUS.
Sec. 15.

Hos Gaudinus Cenſuræ contra Morcellum ſubjun- *non prohiberi tamen id latenter ſentire, ſed aſſerere.* Ecce *1 *pia credulitas inſcitiæ Eccleſiæ* adjuncta, ſed *certitudo* Gaudiniana diſertis verbis inhibita.

Gaudinus ut eximij ſcriptoris autoritatem elevet, eum impoperat circà ſanctorum reliquias haud benè affectum fuiſſe. At reverà Guibertus ſuperſtitionem & abuſum tantùm redarguit, & ubique in ſcriptis ſuis maximam pietatem in S. Virginem oſtendit. Sed nævos in ſole Gaudinus offendit, qui ſibi incommodat.

1153. S. BERNARDUS.

S. Bernardum Gaudinus ſuarum partium eſſe gloriatur. *2 Ego contrà mearum eſſe dico. Totus eſt Bernar-

*1 c.6. art.6. p. 283, 284.

*1 Inſcitia cũ credulitate conjũcta, ſed certitudo prohibita.
*2 cap.6. art.3. p. 249.

dus in collaudandâ ubique Virgine, quîcum etiam triumphum Assumptionis illius præconiis ingētibus libenter prosequimur. Sed hactenùs in illius operibus Assumptio corporea oculos meos fugit, præter ea verba, *1 quæ mihi tamen aliquantùm subobscura videntur, *cùm hominis sola natura suprà immortales spiritus exaltatur in Virgine*. Deinde quid aliud ibi nobis insinuat, quàm *piam credulitatem*, cujus etiam patrocinium agimus, modò non sit cum *certitudine* illâ *omni humanâ majore* conjuncta, quæ nihil aliud est, quàm larvatus fidei articulus? Nec certè dubium est quin, si B. Bernardus pro certo habuisset, S. Virginem corporaliter assumptam fuisse, hoc eloqui nullo modo omisisset. Imo id clarè ac disertè asserere debuisset, si locum aliquem, quo sic de certitudine Assumptionis corporeæ constaret, ullibi repperisset. Notatu quoque dignum est, S. Bernardum scripsisse de Assumptione post Hieronymum; quod vel ideo observare oportet, ut intelligamus Bernardum Hieronymiana scripta novisse.

*1 In serm. 4. de Assumptione.

git, *1 sed ex illis nulla verba refert; idque suo more & consultò, ne fortè quod scripsêre nobis adstipulari cognoscatur. Id facile est conjectare ex solo Antonino Archiepiscopo Florentino, qui relatis Hieronymiani sermonis verbis de dubietate Virginei corporis assumpti, mox ita loquitur, *2 *communiter tamen piè tenetur eam resuscitatam, in animâ & corpore glorificatam cum Christo in cælo regnare. Communiter*, inquit, *& piè*. Non igitur *universim* ac *generaliter* nec cum *certitudine omni aliâ majore*.

Ioannes Simon Episcopus Parisiensis.

Hunc quoque præcedentibus Gaudinus adjungit, autoritatem Episcoporum Parisiensium ubique venans ac jactitans, sed non fœliciùs in Simone, quàm in ejus Antecessoribus. Refert igitur, *3 *Simonem qui tum Parisiensi Ecclesiæ præerat Episcopus, mandasse Morcello*, de quo supra, *ut in concione quam habiturus erat, eadem in Basilicâ*

*1 cap. 6. art. 6. p. 285.
*2 In Chron. tit. 6. c. 3. §. 1.
*3 cap. 6. art. 6. p. 279.

(S. Benedicti) *festo die Nativitatis S. Mariæ, tum propositiones à se temere editas revocaret, tum Censuram coram populo legeret quâ sacra Facultas singulas ex illis propositionibus notaverat. Quod utrumque à Morcello præstitum.* Deinde Gaudinus ad calcem sui libri Censuram istam contra Morcellum latinè, revocationem verò ejus propositionum gallicè exscribit. Sed animadversum est, quòd ibi revocationem hancce de consensu quidē Simonis Episcopi factam esse patet. Nullibi autē fertur Simonem examinasse propositiones, vel Censuram. Itaque consensus iste Simonis potiùs est permissio de re sibi incognitâ, quàm jussio de re perpensâ & examinatâ. Et profectò, si Simon rem examinasset, Censuram pluribus de causis haud profectò comprobasset.

Ioannes Simon ex Archidiacono in Episcopum Parisiensem anno 1494. electus est & Ludovico de Bellomonte successit, cui prior editio Martyrologij Parisiensis, de quo nunc agitur, dicata fuerat à sumptam fuisse id ubique apertè protulisset, nihil unquàm omittens quod ad ipsius gloriam maximè facere videbatur. Quin imò *inscitiam Ecclesiæ* ab Usuardo prolatam eum non potuisse non approbare contendo tum ex usu Martyrologij Usuardi, quod quotannis xv. Augusti in Cisterciensi ordine audiebat, tum ex improbatione opusculi Elizabethæ de Schonaugiâ, quod rejecit.

1160. ARNOLDUS Abbas Bonæ-vallensis in agro Carnotensi.

Inscitiam prædictam à S. Bernardo comprobatam fuisse testatur *inscitia* eadem Arnoldi Bonæ-vallensis, qui vitam S. Bernardi sui familiaris ex parte scripsit, seu fuerit ille Cisterciensis, seu Benedi-

ctinus. *1 Is igitur in tractatu de laudibus Virginis Mariæ, *2 se dubitare fatetur, *utrū in corpore, vel sine corpore assumpta fuerit.*

1162. JOANNES BELETHUS Theologus Parisiensis.

Belethus à Gaudino & Ladvocato, quasi homo obscuri nominis floccipenditur, quia nimirùm ipsis est incommodus. Nihilominùs eum inter Theologos Parisienses antiquitùs floruisse ait Miræus anno 1162. quod etiam satis ostendit Guillelmus Durandus, qui citans illum in Rationali, lib. 7. c.8. n.4. & c.35. n.44. *Magistrum* appellat. Tum eminentiss. Cardinalis Bona notat, *3

*1 Benedictinum fuisse annotat Cardinalis Bona in notitiâ Autorum ad Tractatum de Psalmodiâ divinâ.
*2 Tom. 1. Biblioth. Patr. p.478. *3 In notitia Autor. suprà citatâ.

Ioanne Munerato Doctore Theologo Navarrico anno 1490. Præfatio sive Epistola præliminaris Martyrologij tunc editi, facta est etiam circularis ad omnes Franciæ Episcopos, mutato tantùm nomine Episcopi, ad quem aliquod exemplar Martyrologij mittebatur, cùm nimirum ad usum omnium Ecclesiarum Franciæ ederetur. Id constat ex eo, quòd eadem epistola repetita fuit in secundâ editione ejusdem Martyrologij Parisiis factâ anno 1536. quam in exemplari quodam, quod penes me servo, inscriptam esse video Petro Archiepiscopo Bituricensi, qui quidem fuit Petrus Cadoëtus, quique jam obierat anno 1492. & coætaneus fuerat Ludovici Bellomontani. Itaque ex duâbus istis editionibus haud dubium est, quin Martyrologium Vsuardi in Ecclesiâ Parisiensi atque in aliis Franciæ Ecclesiis maximè viguerit tempore Simonis Episcopi, cui prior editio anni 1490. non poterat esse non cognita, tum quia recentior erat, tum quia Muneratus anno 1496. Simoni inscripsit opusculum *de Dedicatione*

Ecclesia Parisiensis, cui *se circa Ecclesiam, ejusque sacra officia ordinanda, componenda, vel reparanda transtulisse & contulisse* admonet, *1 quasi ex talento quodam peculiari, quod ipsi Deus impartierat. Deinde Muneratus olim dialecticam cum Simone didicisse ibi gloriatur. Ex quibus apparet, eum apud Simonem pro suâ doctrinâ atque amicitiâ non parum valuisse.

Quomodò igitur Simon Episcopus Parisiensis consensu in Censuræ sciens prudensque de isset contra Martyrologium Ecclesiæ suæ, contra Muneratum Theologum, quem doctissimum, & circa officia Ecclesiastica apprimè exercitatum esse sciebat? Quomodò, si Censuram re cognitâ atque examinatâ comprobâsset, posteà meliùs consultus Martyrologium Parisiense corrigi, atque emendari non curâsset. Nam ex editione illâ secundâ anni 1536. manifestum est usum ejusdem Martyrologij toto tempore Pontificatûs Simonis Episcopi qui obiit 23. Decemb anno 1502.

*1 In ep. præliminari.

accuratam esse ipsius *explicationem divinorum officiorum*. Sed & Antonius Loisell⁹ avus meus ex iis qui primùm Parisiensis scholæ nomen atque famam per totum orbem Christianum celebrem fecêre, solum Joannem Belethum nominat in actione *de Vniversitate Parisiensi* *1 verba igitur Belethi hæc sunt, *2 *An corpus B. Virginis assumptum fuerit, profectò incertum est.* Quãtùm id abest à *certitudine* Gaudini, quam apertè Belethus negat? Ac statim; *Piè tamen credendum est totaliter fuisse assumptam, sed priùs animâ ac deinde corpore.* Sic nostra pia credulitas concordat cũ incertitudine sive inscitiâ. *3

*1 fol. 355. vers.
*2 cap. 144. de divin. offic.
*3 Inscitia, & pia credulitas junctæ; certitudo verò expulsa.

1166. AELREDUS Abbas Rievallensis apud Anglos.

B. Virginem *cum corpore assumptā quosdam credidisse* notat: *1 itaque non omnes.

1166. PETRUS Abbas Cellensis, posteà Episcopus Carnotens.

Quod verò ignoratur, inquit, *2 *etsi piè credatur*, *3 *utrum scilicet corpore assumpta sit, causâ venerationis festum* (lege *factum*) *esse credendum est, more illorum qui munera deferunt, & ea non priùs detegunt, quàm ad eos perveniant, quibus munera repræsentare debent.* Quàm hîc strictè pia credulitas inscitiæ cohæret!

ISAACUS Abbas de Stellâ apud Pictavos.

Circa an. 1200.

*1 Tom. 5. Bibliot. Cisterciēs. p. 206.
*2 Serm. 1. de Assumptione.
*3 Inscitia & pia credul. simul.

in Ecclesiâ Parisiensi viguisse, intactumque permansisse.

Adde, quòd etiam Breviarium Parisiense ab eodem Ioanne Munerato ordinatum fuit anno 1492. in quo lectiones ex Hieronymiano sermone, qui assumptionem corporis Deiparæ sub dubio reliquit, recitatæ fuerunt in officio nocturno, toto etiam tempore Præsulatûs Simonis, qui quotannis eas in solemni festo Assumptionis in Pontificalibus celebrās audiebat, nec eas unquā hinc amoveri postulavit. Constat enim istas lectiones in Basilicâ Parisiensi repertas fuisse ad annum usque 1584. quo lectiones ex S. Ioanne Damasceno Breviario novo Petri Gondij Episcopi Parisiensis insertæ sunt.

Itaque dubitandum non est, quin consensus iste Simonis Episcopi circà Censuram contra Morcellum sit subrepticius, neque ideò contra Vsuardum admittendus, cùm credi nequeat, Simonem Episcopum aliter sensisse, quàm Antecessores sui atque Ecclesia sua Cathedralis, ideóque, quidquid infremat Gaudinus,

non dubium eſt, quin Simonis nomen ex albo Traditionis Gaudinianæ meritò deleri atque expungi debeat.

Ludovicus Pinella Cancellarius Eccleſiæ Pariſienſis ac poſteà Epiſcopus Metenſis.

De Pinellâ nihil dicam, quandoquidem Gaudinus nihil ex illo retulit. Sic facile eſt mille autores congerere, ſed refutare quoque faciliimum.

1460. Ioannes de Turrecremata.

Verba Ioannis de Turrecrematâ ſequentia Gaudinus exſcripſit in libri ſui epilogo: *1 *Firmiſſimè credimus, Domine Ieſu, quod tu Matrem tuam glorioſam in ejus Aſſumptione ità omnimoda in corpore & anima illuſtraveris gloria, ut nulla mortalis lingua valeat exprimere.* Hæc Gaudinus citat ex Ioannis meditationibus, Coccium ſequutus, *2 ex quo textum hunc deſumpſit, qui nihil aliud, quàm piam credulitatem indicat. Nec enim Ioannes de Turrecrematâ dicit ſe

*1 p. 422.

*2 Theſauri lib. 3. art. 3. de Deiparâ Virgine p. 293.

Inſcitiam eandem de aſſumpto corpore Dei Genitricis traditionem antiquam atque inviolabilem eſſe docet per hæc verba: *1 *De hodiernâ ſolemnitate, id eſt, de B. Mariæ Virginis Aſſumptione quid propriè dici queat, difficilè invenitur. Patrū namque incluſi limitibus,* *2 *quos prætergredi prohibitum eſt, nihil aliud definire audemus,* *3 *niſi quòd hodiernâ die, ſive cum corpore, ſive ſine corpore, neſcio, Deus ſcit, ad ſummum cælorum cælum aſſumpta ſit, &c.* Eſt igitur Iſaacus traditionis Eccleſiæ teſtis ab Uſuardo, poſt S. Adonem, & Notkerum quartus.

Petrus Bleſenſis Archidiaconus Batho-

*1 Tom. 6. Biblioth. Ciſtercienſ. p. 72.

*2 Inſcitia, traditio Eccleſiæ.

*3 Certitudo prohibita.

niensis, posteà Londinensis.

Circa ann. 1200. v. Car. Saussayum lib. 10. Annal. Eccles. Aurelian. n. 29. p. 464.

Petrus Blesensis Assumptionem B. Virginis corpoream libenter agnoscit, eamque ex officio divino constabilire conatur. *1 Quid autem exinde pronunciat? *Hodie verisimile est* (non *certum* dicit) *quòd B. Virgo & animæ beatitudinem, & corporis glorificationẽ adepta est, Quod ne cui veniat in dubium, autoritatibus astruamus, opinando tamen, non astruendo.* Quantùm hæc distant à *certitudine* illâ Gaudini, quâ *nulla major*?

ABSALON Abbas Sprinckirsbacensis.

An. 1200. v. in notitiâ

firmissimè credere, quod Mater Domini Iesu corporaliter assumpta fuerit, sed annuens id se *piè credere*, pronunciat se *firmissimè credere, quòd omnimoda in corpore & anima illustratâ fuerit gloria.* Quis autem id neget de illâ, quæ *ascendit*, ut ait *1 excellens autor ille incognitus suprà laudatus, *& exaltata est, sive in corpore, sive extra corpus, nescimus, Deus scit, super omnes cælos cælorum, etiam super Angelos, Archangelos, virtutes, Potestates, Principatus, Dominationes, Thronos, Cherubim atque Seraphim?*

1506. MARCUS ANTONIUS Sabellicus.

Et hujusce quoque scriptoris verba refert Gaudinus, *2 nullo indicato loco, quæ sic se habent: *Æquè memorabile est, quòd de sacratissimo Deiparæ corpore tenet pro certo Christiana pietas, fuisse id post Virginis obitum cælo illatum.* Deinde rationes duas Sabellicus ex convenientiis adjicit. Hæc autem verba, *tenet pro certo Christiana pietas*

*1 In serm. de Assumpt. 28. in editione Busæi in 4.

*1 In serm. de Assumpt. apud Alcuin. *2 c. 6. art. 6. p. 285.

quis non videat sese implicare? Aliud est enim *certum* aliud *pietas*. Sed malo textum huncce Gaudino concedere, quàm totum Sabellicum evoluere, & argumentari. Et quidem æquum est aliquem ex tot autoribus misericorditer Gaudino largiri. Transeat ergò Sabellicus absque syllogismo.

1516. BAPTISTA MANTUANUS.

Hic poëta fuit, & poëticè figmenta Melitonis ornavit, quæ Ladvocatus exscripsit; Gaudinus autem ea reticere maluit.

1642. PETRUS AURELIUS.

Petri Aurelij, nuperi scriptoris, sententiam pluriès Gaudinus commendat, quã tamen non omninò refert, veluti ea jacet in autoris libro. *1 Hanc ego ipse hîc exscribam. *Quidquid Ecclesiæ consensui adversatur, semper erroneum, non semper hæreticum, aut Dei verbo contrarium est &c. Beatam Virginem corpore simul & anima in cælum ivisse verissima doctrina est, Ecclesiæ consensu fulta, nec qui eam neget, ut erroris* Autorum Ioan. Bona nunc Card. libro de divinâ psalmodiâ.

Hæc illius verba sunt, *1 de B. Virgine *Cum corpore dicam exaltatam, an sine illo? Verè dicam, cum corpore, quoniam si in hâc parte erravero, ipse error est gratissimus, qui fonti pietatis, Matri misericordiæ incumbit excusandus.* Quid opus erat excusatione & ipsius *Matris misericordiæ* veniâ, si de certitudine credidisset? Hũc errorem quoque *piè credendo* gratissimum habeo, eique facilè *Matrem misericordiæ* veniam præstiturã credo: non autem ita facilè, si *de certitudine* crederem, quia ejus resurrectionem resurrectioni Filij ipsius, cujus honoris multò ma-

*1 In assert. epist. Antistit. Galliæ p. 76.

*1 In serm. de Assumptione Mariæ.

gis zelotypa eſt, quàm ſui, parem aliquatenùs facerem, & terminos ab Eccleſiâ præſcriptos tranſgrederer.

AUTOR libelli de Aſſumptione B. Mariæ Virginis apud Auguſtinum. *1

Incerti temporis.

Autor iſte prorsùs eſt incognitus. *Ad interrogata de Virginis Matris Domini reſolutione temporali & aſſumptione perenni* ſe reſpōdere præfatur, eamque *quæſtionem* eſſe *profundiſſimam & ſuâ dignitate altiſſimā* dicit, *2 *de quâ nihil in ſacris ſcripturis reperitur, præter id quod Lucas commemorat in Actibus Apoſtolorum*, *3 ideóque *tantò cautiùs tractandam eſſe, quantò ſpecialibus autoritatum teſtimoniis non poteſt ad liquidum ro-*

*1 Tom.9. *2 cap.1. *3 c.1.

reus, ſic hæreſeos erit, aut Dei verbo refragabitur, in quo de ea re nihil extat. Hæc Aurelius. Ego verò multò acriùs hanc negationem virginei corporis aſſumpti, quàm ille, in diſſertatione meâ redargui, quippe cùm pluribus verbis, atque etiā cum exaggeratione, *1 quam nimiam fuiſſe nonnulli Doctores Theologi reprehenderunt, *impiam* eſſe protulerim.

Quod autem Gaudinus ex Aurelij verbis infert, ipſum ſenſiſſe, Aſſumptionē Virginis corpoream debere credi *de certitudine omni humana naturali majore*, hoc eſt quod manifeſtè repugnat S. Ildefonſo, qui *prohibet affirmare*. S. Odiloni qui non audet *dubietati adjicere*. Iſaaco de Stellâ, qui *Patrum limites* ſtatuens *prohibet eos prætergredi*: Petro Bleſenſi, qui tantùm *opinando* docet, *non aſtruendo*: Guillelmo Durando, qui pronunciat, *melius eſſe dubitare, quàm temerè definire*: Abulenſi, qui *licere* ait *cuilibet ſicut voluerit opinari, nec contendit, ſi quis contrarium afferat*, tametſi *rationabilius ſit tenere*. *1 p.13.14.

RATIONES quibus Assumptio Mariæ Virginis probatur.

Rationes istas ego convenientias cum multis appello. A Gaudino autem frustrà afferuntur, quandoquidem jampridem ab Autore Augustiniano libelli de Assumptione *1 supra memorato, à Guillelmo Parisiensi, atque ab aliis, à quibus eas ille desumpsit, congestæ fuerunt. Eas ego semper multò probabiles esse censui & dixi, sed pro *piâ* tantummodò *credulitate* militare, iuxta conclusionem Guillelmi Parisiensis suprà allatam, non autem pro *certitudine*. Namque, ut jam ex Abulensi notavi, *rationes quæ ad probandam* B. Virginis *resurrectionem adducuntur, sunt suasiones quædam & non convincunt*, nec ideò *certitudinem* inducunt.

ECCLESIASTICARUM precum autoritas.

Magna est, fateor, Ecclesiasticarum precum autoritas. Verùm, uno verbo, preces istæ *certitudini* non patrocinantur, sed *pia credulitati* tantùm favent. Hoc luculenter explicat

*1 Tom. 9.

borari. His præmissis, nullis convenientiis ac rationibus non utitur, quib⁹ corporaliter Virginem assumptam fuisse probet. Cùm autem non ignoraret, haud ita sagacem esse ingenij humani aciem, ut Dei consilia penetrare valeat, nec hominem suæ ratiocinationi debere confidêre, opusculum suum sic concludit: *si dixi, ut debui, approba, Christe tu, & tui. Si autem non ut debui, ignosce, obsecro tu, & tui.*

1249. GUILLELMUS ARVERNUS Episcopus Parisiensis.

Autorem Augustinianum, qui suprà, quasi prævium Guillelmi Episcopi Parisiensis adduximus; nam eũ Guillelmus planè sequutus & imitatus est. Unde mirum videri debet, quòd Gaudinus

hanc ſibi Pariſienſem Epiſcopum, quaſi ſuæ cauſæ maximè faventem, adſcribit, cùm *piam* tantùm ille *credulitatem* inſinuarit, quæ cum *certitudine* manifeſtè pugnat. Totus eſt Guillelmus Arvernus in aſſerendâ ex convenientiis Aſſumptione corporali Virginis: ex quibus inferri voluit Gaudinus, quod ille intelligi debeat, quaſi de aſſumpto corpore Virgineo cum certitudine pronunciârit. Sed longè aliter Guillelmus rem definit. Quid enim cõcludit? *Piè ergò*, inquit, *1 *Auguſtino & Bernardo credi poteſt, quòd in corpore & animâ mater Domini ſuper choros Angelorum exaltata ſit.* Quid ſimplicius? *Piè credi*

*1 In ſerm. 82. qui eſt 2. de Aſſumpt.

Petrus Bleſenſis in ſermone de Aſſumptione B. Mariæ Virginis, *1 quam corporalem fuiſſe ex officio Eccleſiaſtico probare aggreſſus, relatis ac diſcuſſis pluribus, quæ ad id faciebant, nec omiſſis hiſce verbis collectæ veteris (*nec tamen mortis nexibus deprimi potuit*) ſe *tamen opinando* loqui, *non aſtruendo* profitetur.

Ac reverà ſi Eccleſia Aſſumptionem corpoream B. Virginis ex officio publico certam conſtantemque *de certitudine omni humana naturali majore*, reddere voluiſſet præconiis dubiis eam non concelebraſſet, ſed apertè de corpore illius aſſumpto nullibi non loquuta eſſet. Nam quod ibi ex Damaſceno circà finem noviſſimi ſeculi illatum eſt, pro authentico haberi non debet, nec ad probandum ſatis efficax. Vnde Petrus Paludanus, qui B. Virginẽ & S. Ioannem Evangeliſtã reſurrexiſſe piè credebat, jàm circa annum 1342. eodem argumento, ut dixi, fabuloſa illa refellit, quæ tamen poſtea ex Damaſceno in officium Eccleſiaſti-

*1 28. p. 399. edit. Buſæi.

cum inducta sunt. *Tertio*, inquit, *1 *ipsa immediate post mortem surrexit, nec Apostolis videntibus. Et quia Dionysius fuit præsens, non scripsit ista miracula, quæ solent legi in apocryphis, quæ ascribuntur Ioanni. Si autem Dionysius vel Ioannes illa miracula scripsissent, & jam Ecclesia illa non obticeret in divino officio.* Damascenus autem miracula illa ex Euthymiacâ historiâ scribit, quasi ab ore Iuvenalis verè prolata. Si igitur Ecclesia de assumpto Virginis corpore certa fuisset, nihil aliud in officio publico, quàm corpus ejus assumptum palàm & absque ullâ ambage prædicaret atque intonaret.

Et quidem non potest Gaudinus autoritatem Ecclesiasticarum precum adhibere, quin autoritatem quoque maximam, vel invitus, tribuat sermonibus Hieronymiano *2 atque Augustiniano, *3 quos jam defendimus, quorum posterior S. Fulberto Carnotensi Episcopo vulgò tribuitur; ambo autem à pluribus

*1 In enarratione 2. de Assūpt.
*2 Tom. 4.
*3 Tom. 10. serm. 35. de sanctis.

potest, ait, non, *debet*. Quibus? *Augustino & Bernardo*. Augustinus ille, est autor innominatus libelli falsò S. Augustino addicti, de quo antea, cujus ipsissima verba Guillelmus alicubi repetit. Bernardi autem alium locum, qui de assumpto corpore Virginis loquatur, non legi, quàm qui jam relatus est. Cæterùm haud omittendum videtur, quòd tempore Guillelmi Episcopi Parisiensis Usuardi verba, necnon lectiones ex sermone Hieronymiano, quæ assumptionem Virginis corporeã dubiã faciunt, in choro Ecclesiæ Parisiensis quotannis legebantur coram eo Pontificalibus ornamentis induto, & piè solemniterque festum celeberrimum Assumptionis colente, atque ad exem-

plum Antecessorú suorum eadem verba comprobante. Quæ igitur audacia Gaudino, nobis Guillelmum Arvernum, Mauricium, atque alios superiores Antistites Parisienses opponere, quasi *antiquam* *1 *traditionem Ecclesiæ Parisiensis* Usuardum contrariam amplexos, qui manifestè Usuardi & matutinalis officij lectionum Usuardo conformium *antiquam traditionem* quotannis repetitam audierunt, legerunt, comprobarunt.

1260. ROBERTUS PULLUS Cardinalis.

Scholasticorum antiquissimus fuit Robertus Pullus. Hic de iis quos secum Christus reduxit ab inferis, *credibilius* ait *2 *esse*, *solum Christum resurre-*

*1 cap. 6. art. 3. p. 258.
*2 In sentent. p. 5. c. 11.

seculis ad finem usque ferè novissimi in festo Assumptionis & per octavam perseveravêre, atque etiamnunc in quibusdam Ecclesiis lectitantur, veluti jam observavimus.

Denique non potest Gaudinus non admittere textū S. Ambrosij, quem *inscitia Ecclesiæ* testem de morte Virginis, ideóque de ejus assumptione, jam produximus, scribentem, *nec littera, nec historia docet, ex hac vita Mariam corporalis necis passione migrasse.* Textus autem iste etiamnunc quotannis recitatur in Breviariis & Romano & Parisiensi die Dominicâ infrà octavam Nativitatis Domini, & in festo Compassionis B. Mariæ Virginis feria 6. ante Dominicam Palmarum in lectione 8.

Reponet Gaudinus, Ambrosium ibi nihil apertè de morte B. Virginis, nec de ejus assumptione corporali pronunciâsse, sed tantummodò verba hæc Simeonis, *1 *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius*, interpretatum fuisse, quod indicant verba ipsius Ambrosij sequentia; *Non enim ani-*

*1 Luc. c. 2. 35.

ma, sed corpus materiali gladio transverberatur, ita ut Ambrosius ea *de materiali gladio* nequaquam intelligenda esse protulerit. Assentior quidem; sed ea sic exponens non obscurè significat ignotum esse genus mortis B. Virginis, quam *nec littera, nec historia docet gladio vitam finisse.* Nam si aliqua litera, vel historia genus ac modum docuisset, quo B. Virgo vitam finiit, B. Ambrosius illum ibi per affirmativam potiùs expressisset, quò clariùs videretur eam gladio non obiisse, quàm per negativam, quæ non ita firmiter asserit ac probat. Hinc idem Fulbertus in supradicto sermone Augustiniano ex his verbis Ambrosij veterem de morte Virginis inscitiam notat, *sed nec invenitur apud Latinos aliquis tractatorum de ejus morte quippiam dixisse apertè &c.* Quòd si B. Ambrosius ibi reticuit modum mortis B. Mariæ quasi incognitum, quia nec à litera, nec ab historiâ edoctus, eum ille non noverat, ibidem etiã de Assumptione ejus corporali, quæ mortem mortisque modum

xisse, cæteros autem peracto officij sui testimonio in terram absque molestia iterum resolutos, expectãtes modicum tempus, quo impleatur numerus fratrum suorum. Ibi de B. Virgine omninò reticet, quam procul dubio ab aliis excepisset, si eam *de certitudine* resurrexisse credidisset.

Petrus quidem Pictaviensis Pullo æqualis *B. Virginem in carne glorificatam credi* scribit *1 *in cælos ascendisse*, sed de *pia* tantùm *credulitate*, quæ Gaudinianæ *certitudinis* nihil habet.

1274. S. Thomas.

Et hic quoque, quidquid reclamet Gaudinus, nostras est. Nam quod ex eo is adducit de *pia* tantùm *credulitate* intelligendum esse probat ipse Thomas, de

*1 Sent. p. 4. c. 19.

Virgine corporaliter assumptâ sic scribens, *1 *sicut piè creditur de B. Virgine & Ioanne Evangelista*. Nam quòd hîc addit de Joanne, clarè indicat, nullam se in utroque requirere *certitudinem*, quam Ecclesia de corpore Joannis assumpto nunquàm admisit.

Ac reverà valdè periculosũ esset, meo judicio, privilegium illud, quod à Deo B. Virgini concessum piè creditur ad Joãnem, aut ad aliũ, quempiam extendere. Neque enim expedit, etiam in iis, quæ speciem pietatis habent, liberas habenas plebeculæ relinquere, quæ sæpiùs ad augendum cultum sanctorum, quos diligit, æquo propensior, nihil non excogitare consuevit, quod eos supra omnes alios attollat?

priùs indicasset, eâdem de causâ reticuit, quia nec à literâ, nec ab historiâ (addendum est, nec ab Ecclesiâ) edoctus, eam ignorabat.

Hinc meritò in capite *Traditionis inscitia Ecclesia juxta Vsuardum* S. Ambrosium collocavi. Hinc Gaudinus atque Ladvocatus, velint nolint, testimonium illius de inscitiâ primitivæ Ecclesiæ coguntur admittere. Hinc & illis, quidquid obsistant, necessitas incumbit agnoscere, Officium Ecclesiasticum, & Romanum & nostrum Parisiense per hunc textum Ambrosianum etiamnunc inscitiam antiquam de morte Virginis, ideoque de ejus assumpto corpore palàm admittere atque profiteri.

Legi nuper Litanias quasdam *de S. Ioseph sponso Genitricis Dei Mariæ*, in quibus hæc deprehendi,

S. Ioseph, in ventre justificate, ora pro nobis.
S Ioseph, Christo & Matri simillime, ora.

*1 Supplem. q. 37. art. 1. & 2. p 115. edit. Lugd. 1608.

S. Ioſeph, qui cum corpore & anima peculiaribus gloriæ donis perfrueris, ora pro nobis.

En etiam Joſeph in ventre iuſtificatus, Chriſto & Matri ejus ſimillimus, & ad cælos corporaliter aſſumptus, vel potiùs tranſlatus. Quidni enim tranſlatus fuiſſet, quem cum *multis* *1 *corporibus ſanctorum qui dormierant ſurrexiſſe* eædem Litaniæ paulò antè docuerunt?

S. Ioſeph, qui cum Chriſto inter alios reſurrexiſti, ora pro nobis.

Quemque ideò ipſe Gaudinus aſſerit *2 contra Cardinalem Pullum pluresque alios, *cum ſanctis, qui cum Chriſto ſurrexerunt, non amplius morti obnoxium fuiſſe, ſed cum ipſo ad immortalem vitam ac beatitudinem fuiſſe tranſlatum?*

Et quidem non omittendum eſt, quòd hæc uſui non ſolius plebis, ſed etiam ſacerdotum edita ſunt Pariſiis, *3 *cum licentia ſuperiorum* ſub hoc titulo, *libellus liturgicarum precationum continens varias præparationes, & gratiarum actiones antè & poſt ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium à ſacerdote devotiſſimè recitandas.*

1286. GUILLELMUS DURANDUS Epiſcopus Mimatenſis.

Melius eſt, inquit, *4 *dubitare, quàm aliquid circà hoc temerè definire. Piè tamen*, addit, *credendum eſt Virginem totaliter fuiſſe aſſum-*

*1 Matth. c. 27. 52. *2 cap. 7. p. 310. 311.
*3 Apud viduam Joannis de Heuqueville viâ Jacobeâ ſub ſigno Pacis. *4 Lib. 7. c. 24.

ptam. En pia *1 credulitas cum dubietate, & cum exclusione certitudinis, quam Gaudinus temerè definire non veretur.

1290. JACOBUS DE VORAGINE Episc. Januensis.

Sic ille *2 *Surge, Domine, in requiem tuam tu & arca sanctificationis tuæ &c. ps. Quod Christi corpus gloriosè resurrexit omnibus fidelibus est certum; quod autem corpus B. Mariæ Virg. glorificatum surrexit, etsi non sit certum, est tamen piè credendum: Quod autem corpora sanctorum quæ cum Christo surrexerunt sint glorificata inter multos doctores vertitur in dubium. Propheta igitur dimittens illud quod est dubium ponit quod certum est dicens. Surge, Domine, in requiem tuam, & illud quod piè est credendum dicit. Tu & arca sanctificationis tuæ. Arca ista est B. Virgo filij Dei contentiva. Et est sanctificationis, quia in matris utero fuit sanctificata. Ista autem arca surrexit in requiem, idest, in corporis & animæ plenam fœlicitatem.*

1454. ALFONSUS TOSTATUS Episcopus Abulensis.

Verba ipsa Abulensis referam, de quibus judicabit lector. *Cùm dicitur*, inquit, *3 *de Virgine resurgente, dicendum quòd non est necesse hoc tenere, quia non est articulus fidei, neque etiam est aliquid definitum per Ecclesiam, ut*

*1 Pia credulitas cùm dubio & cum exclusione certitudinis.
*2 Serm. 211. de sanctis qui est de Assumpt. Virg.
*3 In Matth. 22. q. 230. tom. 11. p. 137. col. 2. edit. Colon. 1613.

teneri debeat. Ideò licet cuilibet, ſicut voluerit opinari. Rationes autem, quæ ad probandum illius reſurrectionem ſumuntur, ſunt ſuaſiones quædam, & non convincunt. *1 *Et tamen quia communiter tenetur, rationabilius eſt tenere. Si quis tamen contrarium aſſerat, non contendimus.* Quot verba contra certitudinem Gaudinianam? Quanta autem Toſtati autoritas, qui ſuo tempore fuit omnium ſcholaſticorum literatiſſimus, ac facilè princeps?

1515. CLAUDIUS SERSSELLIUS Epiſcopus Maſſilienſis, poſteà Archiepiſcopus Taurinenſis.

In prologo Tractatûs de Annunciatione, *2 *ita,* inquit, *(huic operi noſtro) octavo ab eo die, quo in cælum* B. Virgo *aſſumpta creditur, ultimam illi manum impoſuimus.* Cur non ait, *aſſumpta eſt?* Nemo eſt, qui non videat, hoc ibi *creditur* proximè accedere ad dubium illud, *ſive in corpore, ſive extra corpus, neſcio, Deus ſcit.*

1560. DOMINICUS SOTUS Segobienſis Theologus ex Ordine Prædicatorum.

Verba quoque Soti, quæ ſequuntur, *3 cuilibet examinanda relinquo. *De ſacratiſſima Virgine, ſi reſurrexerit, non eſt dubium, quin in vitam ſempiternam reſurrexerit, quâ in cælis cum Filio ſuo fruitur. Hoc autem Hieronymus eodem ſermone* (de ſermone Hieronymo attributo, toties allegato, intelligit.) *Iam verò tem-*

*1 Suaſio, nempe ad *piè* non *certò credendum.*
*2 In libro, qui inſcribitur *Aithologia*, edito anno 1515.
*3 In 4. ſent. tom. 1. diſt. 43. q. 2. art. 1. p. 807. col. 2. edition. Duacenſ.

porum curriculo opinio hac aut credulitas, quòd in corpore & anima fuerit in cælum aſſumpta, plurimum inolevit: nondum tamen inter fidei articulos relata eſt, quamvis ſit pientiſſimè credendum. Sed tandem id ipſum eſt, quod facere tentat Gaudinus hâc ſuâ *certitudine omni humana naturali majore*, quâ nulla major eſſe poteſt. Nam *pulchrum eſt* in tantâ re *digito monſtrari & dicier, hic eſt.*

Mirum eſt autem, quòd Nicolaus Ladvocatus Abulenſem, qui ſupra, atque Sotum, cum Cano, Cajetano, ac Suareſio pro *certitudine* adducit: *1 quorum duo primi manifeſtè eam deſtruunt. Nam de Abulenſi dubitari nequit, cujus verba adeò plana ſunt, ut explicationem Ladvocati ferre nullomodo queant dicentis, *2 Abulenſem *licentiam dare cuilibet, prout voluerit opinari, nimirum abſque hæreſi.* Quaſi verò errorem quoque cum hæreſi Abulenſis non excluderet. Si quid erroneum in liberâ opinatione eſſe ſenſiſſet.

Sotus verò ſuam ſatis dubietatem de reſurrectione Virginis oſtendit, cùm clauſulam iſtam apponit, *ſi reſurrexerit*, quæ manifeſtè certitudinem omnem abdicat. Quòd autem mox *pientiſſimè credendum* adjicit, non vult id eſſe de *certitudine*: ſiquidem *certitudo* dubietatem illam, quam priùs protulerat, penitùs excluderet. Itaque ad hanc ſolam *opinionem*, ſeu *credulitatem* reſpexit, quæ *temporum curriculo*, ut ipſe

*1 num CCXLVIII. p. 463. & ſeqq. *2 p. 468.

ait, *plurimum inoleverat* : quanquam, meo judicio, *opiniones* tempore illatæ haud multùm valere debent apud Theologos, qui quâ causâ, quoque fundamento *inoleverint* reſpicere debent, non autem, ut vulgus, *ad curriculum temporum*, niſi fortè ſit antiquiſſimus.

Ita quod Ladvocatus affert de Cano, Cajetano, ac Suareſio non inducit aliud, velit nolit, quàm *piam* illam *ſententiam*, cujus in Diſſertatione meâ memini *1 ex Cajetano, *2 qui diſtinguens inter ea quæ *decernuntur credenda tanquam neceſſaria*, & alia *quæ probabiliter & piè credenda ſunt, Aſſumptionem B. Virginis piè* tantùm *credendam* eſſe arbitratur, *ita quod contrarium ſentiens non ſit hæreticus.* Nam quod Ladvocatns addit. *3 *At vero, an ſi contra, ia ſententia, hæretica non eſt, propterea erronea, temeraria, & falſa Cajetano non erit*, id de ſuo addit, vafrè quidem, &, ut dicitur, cuniculis oppugnans, atque aliò rem detorquens, cùm non agatur inter nos de negativâ corporeæ Aſſumptionis B. Virginis, quam *probabiliter & pie credendam* Cajetanus opinabatur, ſed de dubietate, quam ille nunquam *erroneam, temerariam, falſamve* eſſe diceret. Idem omninò de textu Cani à Ladvocato prolato *4 ſentiendum videtur, ſcribentis, *5 *temerarium eſſe, & contra Eccleſiaſticæ modeſtiæ regulam*, ideóque *à fidei judicibus animadvertendum* (de

*1 p. 82. *2 de Conceptione. *3 p. 467.
*4 p. 466. *5. Lib. 12. de locis. c. 11.

tribunali Inquiſitionis intelligit) ſi dicatur, *Beatam Virginem non eſſe in cælo cum corpore Aſſumptam.* Nam iſtud, *non eſſe in cælo cum corpore* negativam inducit, non dubietatem.

Similiter quando Suareſius dicit, *1 *Quamvis non ſit aperta hæreſis hoc negare, quia hæc veritas non eſt expreſſe definita, aut credita tanquam de fide; eſſe tamen cenſeo erroneum vel errori proximum, quia eſt contra communem ſenſum ſanctorum*, negativam tantùm cenſet eſſe *erroneam, vel errori proximam*, non dubitationem; quam *communi ſenſui ſanctorum*, quos anteà retuli, quorumque autoritatem Suareſio poſtponendam nemo eſt, qui judicet, nunquam repugnâſſe, neque etiamnunc adverſari probat.

Aliud eſt *neſcire*, ac nihilominus *piè credere*: aliud *negare*. Petrus Cellenſis non *negabat*, qui *pie credebat, quod ignorabat.* Nec ipſi Uſuardus, Ado, cæterique *piè neſcientes*, unquam *negaverunt*; ſic Gaudinus atque Ladvocatus falſo fundamento, quaſi iſti omnes Virginem corpore aſſumptam *negaverint*, in libris prolixis ſcribendis & in eructandis ubique jocis ac contumeliis operam atque oleum perdunt. Andabatarum more digladiantur, alios ferientes, quàm quos vulnerare volebant. *Quævis*, teſte Auguſtino, *2 quid aliud eſt, quàm *cæcitas & vanitas animi, quæ cogit hominem clauſis, ut dici-*

*1 In 3. part. tom. 2. q. 27. art. 1.
*2 Contra epiſtol. Parmeniani.

tur, oculis, tandem in alterum jacere, quod cum in eum jecerit, continuo redeat, eumquè ictu reciproco affligat, intacto eo quem vulnerare voluerat?

1604. ARNALDUS PONTACUS Epiſcopus Vaſatenſis.

Hæc verba ex Chronico Euſebij anno Domini 48. *Maria Ieſu Chriſti Mater ad filium in cælum aſſumitur, ut quidam fuiſſe ſibi revelatum ſcribunt*, noluit Gaudinus afferre, quamvis Baronius ea jam adhibuiſſet; quia nimirùm ea eſſe falſa ac ſpuria in diſſertatione meâ probavi, *1 tam ex veteribus MSS. in quibus deſiderantur, quàm ex Miræo, qui ea in ſuâ ejuſdem Chronici editione ſuſtulit, id primùm admonuit Arnaldus Pontacus Epiſcopus Vaſatenſis in notis ad idem chronicon. Quapropter ea in Chronici textu caractere italico exſcripſit: ſed in notis delenda eſſe judicavit, propter incertitudinem ætatis quâ B. Virgo obierit. Quibus addit, *2 *Verum nil immutandum duximus, quod nil certi conſtet ex priſcis autoribus de tempore & modo obitûs ipſius.* Sic igitur Pontacus Epiſcopus *inſcitiæ* priſtinæ Eccleſiæ cum aliis facilè accedit, à priſcis autoribus neque de tempore, neque de modo obitûs, neque ideò de Aſſumptione B. Mariæ Virginis edoctus, nec fabuloſis attendens.

1650. HENRICUS HOLDENIUS ſive HOLDEN Theologus Pariſienſis.

B. Virginis corpus aſſumptum inter traditiones

*1 p. 65. 66. *2 p. 566.

hiſtoricas ponit, *1 ſed *debiliori certitudine traditas*. Quantùm hoc diſtat *à certitudine omni humana naturali majore?* Si viveret Holdenius, ſuo certè calculo *certitudinem* iſtam Gaudini erroneam eſſe in Facultate pronunciaret.

1653. ANTONIUS GODEAU Epiſcopus primùm Graſſenſis, deinde Vencienſis.

Hæc ille in Hiſtoriâ Eccleſiæ ſub anno Chriſti XLVIII. Gallicè protulit, quæ latinè reddam. *Hoc tempore S. Virgo è terra ad cælum migravit, quo frueretur præſentia Filij, qui eam in terris ob rationes nobis incognitas reliquerat. Chronologiſtæ, qui de ipſius ætate diſputant, qua vita illa exceſſerit, plurimum inter ſe differunt: & quidem omnium opinio æque probabilis eſt. Feſtum ipſius Aſſumptionis Eccleſia celebrat, & communis illius opinio eſt* HOCCE SECULO, *eam fuiſſe ad cælos in corpore & in anima tranſlatam.* Hæc Epiſcopus Vencienſis. Cùm autem aliquandò Philibertus Lavardinus Epiſcopus Cenomanenſis, Michaëlem Marolium Abbatem Vallalupenſem *2 interrogaſſet, *3 quomodò intelligeret quod Vencienſis ſcripſerat de communi opinione Eccleſiæ HOCCE SECULO? *Num enim*, ajebat Cenomanenſis, *veriſimile eſt, hanc communem olim Eccleſiæ opinionem quoque non fuiſſe*. Reſpondit Marolius,

*1 In Analyſi divinæ fidei lib. 1. c. 9. lect. 2. p. 172. edit. an. 1655. in 12.

*2 *M. de Maroles Abbé de Villeloin.*

*3 Vide ejus commentaria de vitâ ſuâ lib. 2. p. 229. edita apud Ant. Sommaville in Palatio ad ſcutum aureum 1656.

omnia, quæ de S. Virgine referuntur, nobis eſſe incognita, præter illa quæ de ipſius vitâ ab Evangeliſtis prolata ſunt, & quidquid alibi reperitur vel incertum eſſe, vel ſuſpectæ fidei. Plures autem Autores de ea magna volumina conſcripſiſſe, in quibus tantummodò conjecturas ac meras imaginationes congeſſerunt, quas dignitati ac merito argumenti conſentaneas eſſe judicarunt: ſed nec de tempore obitûs ipſius aliquid liquidò conſtare, quem etiam nonnulli ad annum uſque 12. imperij Claudij produxere poſt paſſionem Domini 22. eâque de causâ P. Dionyſium Petavium, virum è Societate Jeſu doctiſſimum, iſti rei in Rationarij temporum libro 3. referendæ locum non reperiſſe, in quo, ſi libuiſſet, de eâ loquendi occaſionem habebat. Ac ne verbum quidem de Virginis morte Lucam in Actibus protuliſſe, quamvis eorum hiſtoriam ultra illius obitum per annos ad minus quatuordecim contexuerit. Hæc ex Villalupenſi.

Sed & his ille ſubjungere poterat, Vencienſem Epiſcopum verbum HOCCE SECULO, quod omittere poterat, ex conſulto addidiſſe, ut innueret, communem hanc opinionem Eccleſiæ præcedentibus ſeculis non fuiſſe: quæ reverà ſi tantum HOCCE SECULO exorta eſt, communis Eccleſiæ opinio dici nequit, niſi cum inſcitiâ ac dubietate illâ, quæ præcedentibus ſeculis extitit. Quòd ſi fortè vulgi animos vel communis loquendi uſus, vel picturæ Deiparæ corporaliter ad cælos aſcendentis ad aliquid certiùs opinandum creden-

dumque, quàm pia credulitas poſtulat, impulerit, id ab Eccleſiâ, quæ fidem antiquam mutare neſcit, præſertim cùm nullum vetus teſtimonium de eâ re in lucem de novo prodierit, haud proficiſcitur. Nec certè alia potuit eſſe mens Vencienſis, Præſulis oculatiſſimi ac doctrinæ veteris Eccleſiæ traditionumque ſacrarum antiquarum maximè callentis atque amantiſſimi. Quod & ipſe Villalupenſis Abbas prudenter animadvertit, qui totam hanc quæſtionem hiſce verbis concludit: *Vera opinio, quam de Aſſumptione Virginis ſequi debemus, hæc eſt, quòd nimirum dubitari non poteſt, quin ea ſuprà omnes Angelos elevata ſit: verùm an id ſit in corpore, ſive extra corpus, ut loquitur Apoſtolus, ſcire nobis impoſſibile eſt.*

SED quid diutiùs moror in referendis autoribus, qui inſcitiæ Eccleſiæ ab Uſuardo teſtificatæ patrocinati ſunt? Melius eſt Eccleſias ipſas, quæ Uſuardum intra viſcera ſua ſuſceperunt ac foverunt, inſpicere: non omnes quidem; nam impoſſibile atque tædioſum foret, ſed plurimas, eaſque potiſſimùm Galliæ, ut Gaudinus & Ladvocatus ampliùs mihi non objiciant, duas tantùm protuliſſe, Senonenſem nempe, licet maximi ponderis, ac S. Nicolai Bellovacenſis, cujus teſtimonium, quamquam leve, ſi ſolitarium eſſet, negligere nolueram, donec tempus alias ſuppeditaret. Eas autem tantùm nominabo, quæ mihi ex lectione, relatione, aliiſque teſtimoniis indubitatis innotuerunt. At quota pars tot Ec-

cleſiarum toto orbe Romano diffuſarum : ſed ab illis diſce omnes.

Ac primum Prologus quidam vetus Uſuardo præponi ſolitus nos docet, *ejuſdem* Uſuardi *opus magis haberi in uſu apud multas Eccleſias;* quàm Martyrologium Hieronymi, atque Bedæ.

Bellarminus *1 quoque Uſuardi Martyrologio *multas Eccleſias uſas eſſe* teſtatur.

Arnaldus Vionus Duacenſis Benedictinus *2 Martyrologium Uſuardi ad ſuum uſque tempus *perſeveraſſe* indicat, & *in Romana Eccleſia aliquando, ac in multis, Gallicanis præſertim, Germanicis, Hiſpanicis, & Anglicis* uſitatum eſſe prodit.

Aubertus Miræus teſtatur, *3 *Vſuardum Eccleſiarum latinarum, præſertim Gallicarum, & Germanicarum uſui ſcripſiſſe.*

Inter tot igitur Eccleſias prima eſt.

Romana.

Teſtibus Molano, *4 ſupradicto Viono, & Martyrologio edito Rotomagi anno 1507. in cujus titulo ſcribitur, *emendatum ad uſum Eccleſiæ Romanæ;* & in die Circumciſionis 1. Januarij, *incipit Martyrologium ſecundùm Curiã Romanam:* & Nonis Auguſti, *Romæ apparitio beatiſſimæ Genitricis Dei ſemperque Virginis Mariæ tempore Liberij Papæ, & Dedicatio Ec-*

*1 In lib. de ſcript Eccleſiaſt. *2 In lib. de ligno vitæ.
*3 In ep. ad Faſtos Belgic.
*4 In titulo Uſuardi. Item cap. 19. Præliminarium & cap. 4. de Martyrologiis.

ſleſiæ, quæ dicitur ſanctæ Mariæ de nivibus. Sed & obſervandum eſt, id conſentaneum eſſe Molano, qui in tractatu de Martyrologiis quem adjunxit Uſuardo iterum edito anno 1583. annotavit, Romanam Eccleſiam, etiam ſuo tempore *Vſuardo aucto uti.* Obiit autem Molanus Lovanij anno 1585. die 18. Septembris.

Poſt Romanam Eccleſiam debet prodire.

SENONENSIS. *1

Nec enim dubitandum eſt, quin ea prima omnium Uſuardi Martyrologium acceperit, ac deinde aliis Eccleſiis tam Gallicis quàm Germanicis illud tradiderit, cùm tempore Caroli Imperatoris ac Regis Franciæ, cujus juſſu Uſuardus, opus iſtud ad earum uſum confecerat, Eccleſia Senonenſis primatu Galliarum Germaniæque pleniſſimè gauderet.

COMPROVINCIALES. *2

PARISIENSIS. *3

PARISIIS, ECCLESIÆ S. CAPELLÆ IN PALATIO. *4

In eâ quondam quotannis in feſto Aſſumptionis verba Uſuardi coràm S. Ludovico legebantur. Neque enim dubitandum eſt, quin Rex religioſiſſimus etiam Primæ in feſtis ſolemnioribus frequenter intereſſet. toti officio divino valdè aſſiduus. Anno verò 1610. cùm Canonici

*1 Ex literâ teſtimoniali clar. viri de Benjamin Decani Senon. & Vic. generalis Illuſtriſſ. Archiep. Senon. d. 20. Maij 1669.

*2 Ex teſtimonio verbali Theologi cujuſdam Senonenſis.

*3 Ex teſtimonio duorum veterum Martyrol. MSS. & duorum impreſſorum.

*4 Ex meo viſu.

S. Capellæ officium Romanum cepiſſent, Martyrologium quoque Romanum Baronij ſibi legendum eſſe crediderunt, ne quid diſſonum eſſet ab officio illo Romano, quod amplexi erant. Quibus de cauſis priſtinum ſuum officiũ tunc dereliquerint, meum non eſt judicare. Sed audio, nunc Breviarium Pariſienſe, quo ex privilegio peculiari uti poſſunt, eos velle reſumere, ac martyrologium quoque ſuum antiquum in poſſeſſionem priſtinam redintegrare.

S. GERMANI PRATENSIS. *1

S. GERMANI AUTISSIODORENSIS. *2

S. SEPULCHRI. *3

S. MARTINI DE CAMPIS. *4

DOMINICANORUM AD PORTAM SANJACOBÆAM. *5

Servant etiam iidem Patres Dominicani in ſuâ Bibliothecâ vetus quoddam Ordinarium, quod paginâ 15. *6 conſcriptum fuiſſe patet anno 1254. continens omnia quæ ad Officium Eccleſiaſticum pertinent, Martyrologium nempe, Breviarium, Miſſale & alia, in quo tametſi *xviij. Kal. Sept. Aſſumptio ſanctiſſimæ Dei Genitricis* legatur in Martyrologio, nihilominùs eodem die lectiones ex ſermone S. Hieronymo addicto. *Cogitis me &c.* excerptæ ſunt in Breviario, veluti & in veteri lectionario ejuſdem Bibliothecæ, quodquidem maximè cum Uſuardo concordat,

*1 Ex meo viſu. *2 Ex teſtimonio Joan. Launoij in diſcuſſione de duob. Dionyſiis. c. 6. & 19. *3 Ex eodem. *4 Ex eodem. *5 Ex eodem. *6 Ad latus columnæ 2.

qui etiam *Affumptionis* vocabulum in vigilia festi usurpavit.

Certè in Bibliothecâ Patrum Dominicanorum S. Annunciationis ad S. Honorati, Breviarium quoddam Ordinis S. Dominici perlustravi, Gothico quidem, sed eleganti caractere scriptum, *1 in quo lectiones quædam in festo Assumptionis habentur, quas operæpretium duxi hîc apponere; tum quia solemnitas Assumptionis B. Virginis, etiam absque corpore, tot ibi præconiis attollitur, ut manifestum sit, gloriam hujusce triumphi ex dubio, quod de assumpto illius corpore pia credulitas gignit, haud imminui, tum quia ex his apparet, Joannem Morcellum Dominicanum censurâ illâ percussum, ex quâ triumphum agere gestit Gaudinus, sed inglorium atque ignobilem, nihil aliud in suâ concione proposuisse, quàm quod ab ordinis sui breviario didicerat. Nam eædem lectiones repetitæ fuerunt in Breviario ejusdem Ordinis S. Dominici *edito Parisiis, atque absoluto Kal. Octob. 1548. stipendiis Ioannis Roigny*, cujus exemplar in eorumdem Patrum Bibliothecâ vidi, in quo ad calcem annotatur, *multifariam locupletatum, variisque modis immutatum, atque à viris probis ejusdem ordinis diligenti curâ recognitum fuisse*. Nec dubito quin sit idem Breviarium MSS. quod suprà delineavi,

*1 Codex est in 8. in cujus initio annotatum est, fuisse usui sororis Ludovicæ...... & sororis Mariæ Emorrant neptis illius apud S. Ludovici Monasterium Pissiacense Monialium professarum.

cujus uſum multo etiam tempore poſt Morcellũ in eodem Ordine Dominicanorum perduraſſe ex iſto exemplari edito anno 1548. liquidò apparet, ſic igitur iſtæ lectiones ibi ſeſe habent.

Lect. I. * *Hodie nobis, cariſſimi, refulſit inſignis ſolemnitas, in quâ B. Virgo ad æthereum thalamum aſſumpta eſt, in quo Rex Regum ineffabili ſedet ſolio, ubi millia millium miniſtrant Angelorum, & decies millies centena aſſiſtunt millia, quorum cum laudibus & exequiis ſuſcepta eſt in cælum. Hæc quidem ſolemnitas ante mundi conſtitutionem præordinata, ſed hodiernâ die expleta, nobis eſt annua, ſed ſupernis civibus perpetua eſt & continua. Hæc eſt dies in quâ glorioſa Dei Genitrix inter filias Hieruſalem ſpecioſa reſplenduit, in quâ quaſi aurora proceſſit, & vadit poſt Agnum glorioſior, quocumque ille pergit, in quâ clarior ſole refulſit in throno claritate. Quoniam etſi duodecim leguntur throni Apoſtolorum, non deſunt alij quam plurimi throni, in quibus viginti quatuor dicuntur reſidere ſeniores. Unde conſtat, quòd thronus Beatiſſimæ Virginis hodie excelſior glorificatur, & veneratur etiam ab Angelis.*

Lect. II. *Glorificemus igitur Virginem, quam hodie Paradiſus excepit gaudens, quam Angeli cum laudibus proſequuntur, quã Apoſtolorũ chorus veneratur, quam Martyres candidati beatificant, quam ſanctorum Confeſſorum ſtolatus concelebrat numerus. Cui hodie ſanctarum Vir-*

* Plura hic deſumpta ſunt ex Ildefonſo.

ginum cum ſuis palmis victricibus exultans occurrit exercitus. Quoniam hæc eſt, per quam omnis maledictio ſoluta eſt, & cœleſtis benedictio in totum venit mundum. Hæc eſt in cujus utero Eccleſia Dei conjuncta eſt fœdere ſempiterno. Refulget inter virgines, candidior inter Martyres, jure enim pluſquàm martyr eſt, quæ nimio amore vulnerata teſtis extitit ſalvatoris, & pro mœrore in animo cruciatum ſuſtinuit paſſionis. Quia igitur ineffabilibus, donis eſt in præſentiarum numerata & privilegiis ſublimata divinis, credere oportet, quòd hodie omnimodâ cæleſti ita illuſtratur gloriâ, ut nullis dignè poſſit in terris laudibus venerari.

Lect. III. * *Et quidem ſunt nonnulla ſine authoris nomine de ejus Aſſumptione conſcripta, quæ ita caventur, ut ad confirmandam rei veritatem legi minimè permittantur. Hinc ſanè pulſantur nonnulli, quia nec corpus ejus in terrâ invenitur, nec Aſſumptio ejus cum carne, ut in apocrypha legitur, in Catholica hiſtoriâ reperitur? Dicendum eſt iſtis, quia ſi Moyſis corpus ab homine non invenitur in terris, cum quo locutus eſt Deus facie ad faciem, illius quærere dementiæ eſt, per quem idem majeſtatis Deus incarnatus effulſit in terris. Neque enim dignum eſt de corpore ejus notitia ſollicitum quempiam eſſe, quam non dubitat ſuper Angelos elevatam*

* Hæc à S. Fulberto, ſi ſit Autor ſerm. de Aſſumpt. apud Auguſtinum qui eſt 35. de Sanctis tom. 10. deſumpta ſunt, etiam anteà relata.

cum Christo regnare. Sufficere debet tamen notitia humana hanc verè fateri Reginam cælorum pro eo quod peperit Regem Angelorum.

Hæc non dubito, quin olim *1 S. Dominicus recitarit, qui fratribus suis ea & privatim, & in choro recitanda tradidit.

MONIALIVM ad portam S. Antonij. *2
S. VICTORIS. *3
S. CATHARINÆ Vallis Scolarium in cultura. *4
S. DIONYSII IN FRANCIA. *5
CARNOTENSIS. *6
ECCLESIA S. PETRI in Valle Carnuti. *7
RHEMENSIS. *8
ECCLESIA S. PETRI Insularum apud Flandros. *9

Hæc Ecclesia tantummodò collegialis est, sed magni nominis apud Flandros, fundata anno 1066. à Balduino Flandrensium Comite & Marchione, Philippi I. Francorum Regis, qui præsens dedicationi ejusdem Ecclesiæ adfuit ejusque regni tutore ac bajulo, & in quâ Philipp. Bonus Dux Burgundiæ primum capitulum celebravit Ordinis sui velleris aurei an. 1431. & quidem observandum est, quòd omnes veteres codices Ecclesiastici hujusce Ecclesiæ ab Ecclesiâ Rhemensi cui olim erat subdita, prodîerunt. Unde dubitandum non est, quin idem Martyrologium fuerit etiam in comprovincialibus.

*1 Circa initium seculi 1300. *2 Ex eod. Launoio.
*3 Ex eod. *4 Ex visu Cl. Castellani Canon. Paris.
*5 Ex Launoio. *6 Ex visu Emerici Bigotij Rotomag.
*7 ex ejusdem visu. *8 ex Molano c. 10.
*9 ex testimonio Capituli ejusdem Ecclesiæ.

TORNACENSI, *1 ATREBATENSI, ET ALIIS quæ ſuffraganeæ Eccleſ. Rhemenſis olim fuêre.
TREVIRENSIS. *2
S. MARTINI IN LAVDVNO CLAVATO. *3
SVESSIONENSIS *4
ECCLESIA S. CRISPINI SVESSIONENSIS. *5
AMBIANENSIS. *6
ECCLESIA S. IOANNIS AMBIANI. *7
CATHALAVNENSIS. *8
CATHALAVNI BASILICÆ S. PETRI. *9
OMNIVM SANCTORVM. *10
S. MEMMII. *11
S. NICOLAI BELLOVACENSIS. *12
S. QUINTINI Bellovacenſis Canonicorum Ord. S. Aug. *13

In hoc Martyrologio ante verba Uſuardi *de inſcitia Eccleſiæ* ſcriptum eſt *xviij. Cal. Sept. Dormitio vel Aſſumptio B. Virginis*. Ex quibus verbis manifeſtè patet eum qui deſcripſit de ſuo addidiſſe, *vel Aſſumptio*, quaſi idem ſuo tempore ſignificans quod Dormitio. Putat autem Launoius Martyrologium iſtud ſcriptum fuiſſe ante annos plus minus quadringentos. Sed & jam indicavimus promiſcuè utrumque verbum olim in uſu fuiſſe, qua de cauſa Uſuardus XIV. diem Auguſti *vigiliam Aſſumptionis* vocat, cum XV. *Dormitionem* appellet.

De Cathedrali S. PETRI Bellovacenſis nihil

*1 Nunc Cameracenſi novæ Metropolit. ſubjectæ ſunt.
*2 ex eodem. *3 ex eodem. *4 ex Launoio.
*5 ex eodem. *6 ex eodem. *7 ex eodem.
*8 ex teſtimonio R. P. Givezij Canon. regul. S. Auguſt.
*9 ex eodem. *10 ex eod. *11 Vulgò *S. Menge*. ex eod.
*12 ex teſtimonio Hermant Theologi & Canon. Bellovacenſis.
13 ex teſtimonio.......

prodiit, cujus olim Bibliotheca codicibus optimis MSS. infignis, fpoliata eft pluribus, & abfque dubio Martyrologio Ufuardi; quo deperdito, Canonici Martyrologium Romanum Baronij legere ceperunt. Sed Martyrologium iftud S. Nicolai, & S. Quintini, Martyrologij quoque fimilis ufum antiquum in Cathedr. S. PETRI manifeftè probat.

ROTHOMAGENSIS. *1

Hujufce Ecclefiæ Metropolitanæ Capitulum doctis Theologis ac viris in S. Virginem patronam fuam apprimè piis fplendefcens, hoc anno 1670. fuum Ufuardi Martyrologium propriis impenfis luculenter edi curavit. Nec in prologo Martyrologium Romanum Ufuardi fuprà laudatum, noftrumque Parifienfe bis editum filentio præteriit, fuæ editionis caufam fic referens. *Cùm Martyrologium manufcriptum quo ad hunc ufque diem ufa eft Ecclefia Rothomagenfis, difficiliùs legi poffet, venerabile Capitulum illius Ecclefiæ typis mandari curavit. Nec id novum, Lector. Nam hocce Martyrologium fæpiùs jam excufum eft. Parifiis anno 1490. & 1536. fub nomine Martyrologij Parifienfis. Rothomagi 1507. fub nomine Martyrologij Romani. Lovanij & Antverpiæ bis à Molano fub nomine Vfuardi.*

*1 Primùm ex litera teftimoniali D. Rothomagi x. Kalend. April. an. 1670. fubfignatâ à Petro Picot, Philippo Carré Canonicis, Francifco de la Fôffe Canonico, Pœnitentiario, & Martino Dieppedalle Canonico: Deinde ex editione Martyrologij Rothomagenfis factâ anno 1670. in 4.

COMPROVINCIALES *1 Metropolitanæ Rothomagenſis Eccleſiæ.

S. MARTINI PONTISARENSIS. *2

S. TAVRINI EBROICENSIS. *3

B. MARIÆ DE LYRA *4 in Diœceſi Ebroicenſi.

CRVCIS S. LEVFREDI *5 in eadem Diœceſi.

S. PETRI VIRORVM, ſiue de puncto, *6 Aureliæ.

Hæc Eccleſia prima eſt Collegialis urbis Aureliæ. Ex quo dubitandum non eſt, quin idem Martyrologium fuerit olim uſitatum in Eccleſiâ S. Crucis, priuſquàm omnes illius priſci codices cum eâdem Eccleſiâ igne periiſſent.

Bituricensis.

Fuit idem Martyrologium Uſuardi Eccleſiæ Bituricenſis ac Pariſienſis. Id mihi liquidò conſtitit ex exemplari Martyrologij Pariſienſis typis mandati *Pariſiis, impenſis Ambroſij Girault Librarij Iurati viâ ad D. Iacobum ſub inſigni Pellicani* 1535. *7 in cujus titulo fertur fuiſſe *digeſtum curâ & juſſu Caroli Magni Imp. inſertis lectionibus moralibus diſciplinæ Eccleſiaſticæ regulam continentibus, de mandato Ludovici Chriſtianiſſimi & glorioſiſſimi, ſemperque auguſti conſcriptis, anno à Chriſto nato* DCCCXVI. Hoc enim exemplar Eccleſiæ Bituricenſis uſui deſtinatum fuiſſe manifeſtè probat epiſtola præliminaris, quæ in eo inſcripta eſt *Reverendiſſimo in Chriſto Patri ac D. Domino Petro, divinâ mi-*

*1 ex teſtimonio Martyrologij Romani Rothomagi editi an. 1507. in præfatione, & Molani c. 10.

*2 ex Launoio. *3 ex eodem. *4 ex eodem.

*5 ex teſtimonio Emerici Bigotij Rothomagenſis.

*6 Vulgò *S. Pierre en pont*. ex teſtimonio D. Fromentini Pro-decani Aurelianenſis. *7 In quarto.

feratione Bituricenfi Archiepifcopo, Aquitaniæ Primati.

Verùm hîc duo obfervanda videntur. Primùm, quòd *Petrus* ifte Archiepifcopus, cui nomen gentile fuit *Cadoëtus*, *1 non ultrà annum 1492. vitam egit. Unde dubitandum non eft, quin illa epiftola fuerit ipfi infcripta tempore prioris editionis ejufdem Martyrologij Parifienfis anni 1490. *2 cujus exemplar habeo, & in hâc iterum pofteriori editione, cujus quoque exemplar apud me eft, 43. annis poft Cadoëti obitum repetita. Deinde non omittendum eft, quòd hæc epiftola eadem fit, ejufdemque autoris, quæ epiftola prioris editionis Martyrologij Parifienfis anni 1490. nempe Joannis Munerati Theologi Navarrici, qui eam Ludovico Bellomontano Epifcopo Parifienfi infcripferat: hîc verò mutato nomine Antiftitis appofita. Ex quo manifeftè patet, epiftolam hancce circularem fuiffe pro cunctis Franciæ Præfulibus, quorum nomen fingulare quodlibet exemplar & primæ & fecundæ editionis Martyrologij, cuilibet Præfuli deftinatum præferebat; ideóque utramque editionem ad ufum omnium Ecclefiarum Regni factam fuiffe, quia nimirùm Martyrologium iftud Ufuardi ab omni ævo Martyrologium Franciæ fuerat, & ex hoc unico teftimonio, licet alia deeffent, quæ tamen non defunt, indubitantur habendum eft.

*1 *Cadoët.* v. tom. 1. Galliæ Chrift. p. 184.

*2 Parifiis, per Guidonem Mercatoris propè Regiam Scholam Navarræ in fol.

AVGVSTODVNENSIS. *1
ANICIENSIS. *2
ANDEGAVENSIS. *3
ECCLESIA S. MARTINI TVRONENSIS. *4
AQVENSIS. *5
MONASTERIA CLVNIACENSE. *6
S. LAMBERTI haud procul à Leodio apud Belgas ordinis Cisterciensis. *7
PONTINIACENSE. *8
GRAMMONTENSE. *9
PRIORATVS GRAMMONTENSIS apud Turones. *10.

Et quidem observandum videtur, quòd ferè omnia hæc Martyrologia lectiones morales, quæ in Capitulis olim legebantur, vel necrologia continent, ad usum nempe cujuslibet Ecclesiæ. Sed quota pars hæc est tot Ecclesiarum quæ toto orbe Christiano latino Usuardum legerunt ac legunt? Et quota pars tot Ecclesiarum, quæ in honorem B. Virginis Mariæ Deo consecratæ eumdem & usitarunt, & usui habent?

Harum autem etsi nonnullæ ex necessitate, scissis & consumptis vetustate suis codicibus, Romanum novum Baronij impressionibus diversis multiplicatum assumpserint, nihilominùs antiqua exemplaria, quæ servant, traditionem veterem ostendunt, quam infringere propriâ autoritate non valuerunt, nec, nisi accedente sy-

*1 ex Launoio. *2 ex eodem. *3 ex eodem.
*4 ex eodem. *5 ex visu Cl. Castellani Canon. Paris.
*6 ex visu & relatione Prioris claustralis S. Dionysij de carcere apud Parisios. *7 ex relat. R. Abbatis Grammontensis.
*8 ex Launoio. *9 ex codice Abbatiæ Grammontensis.
*10 ex relatu & scripto P. de la Lande Thesaurarij S. Framboldi Sylvanectensis.

nodicâ deliberatione, ac Regio aſſenſu, præſertim in re tanti momenti, quæ traditionem antiquam convellit, & mutationem fidei quantùm ea res ad fidem pertinet, manifeſtè importat.

Hæc de ambabus Traditionibus ſatis ſuperque ſunt, liberum eſto Lectori judicare ac pronunciare, utra prævalere debeat.

Finis Traditionis juxta Vſuardum.

EX SUPERIORIBUS tabulis manifeſtè apparet, conſenſum iſtum, quem jactat Gaudinus, *1 non illud eſſe quod dicit, ſed conſenſum eſſe quemdam paucorum Autorum eorumque recentiorum, qui *curriculo temporum*, ut ait Sotus, tandem *inolevit*. Quem tamen conſenſum, qualiſcunque fuerit, Gaudinus magno conatu nititur aſſerere cap. 3. ſed malè eum aſſimilat conſenſui illi, quem definit *2 id eſſe *quod univerſim apud Catholicos probatur, quodque Eccleſia ipſis credendum proponit*; cùm reverà nec univerſim apud Catholicos probatur, nec ab Eccleſiâ proponatur, qualiter ab illo proponitur. Si igitur Gaudinus per conſenſum iſtum, traditionem antiquam Eccleſiæ intelligit, jam traditionem hanc pro nobis militare oſtendimus. Si autem conſenſum tantùm quorumdam in idem conſpirantium tam doctorum quàm indoctorum proponit, tamen in eo con-

*1 cap. 3.

*2 pag 30.

ſenſu non ſpero, ipſum ſe ſuam ſententiam *de certitudine omni humanâ naturali majore* facilè reperturum.

At, inquiet Gaudinus, quòd tu *piam credulitatem* nuncupas, id ego *certitudinem* appello; ideóque diſtinguendum eſt tantummodò inter *fidem* & *certitudinem*. Nam *certitudo* illa, quam intelligo, licet ſit *omni humanâ naturali major*, non eſt tamen *de fide*. Sunt enim, addit, quædam certa, quæ tamen de fide non ſunt. Certum eſt, urbem eſſe in Italiâ, quæ vocatur Roma; non eſt tamen de fide id credere. Plura ſunt certa in hiſtoriis indubitatis, quæ non ſunt de fide. Multa ſunt in Mathematicis, quarum regulæ certiſſimæ ſunt, quæ non ſunt de fide. His ego libenter aſſentior. Verùm iſtæ certitudines ad credendum animas non obligant, quiq; eas neget, jure quidem ignarus, rudis, quin etiam ſtultus habebitur, ſed ideò peccati reus non erit, quaſi incredulus atque erroneus. Tu *certitudinem* exigis, quæ conſcientias ad credendum, vel invitas, trahit, & de *certitudine*, quâ nulla in humanâ mente *major* exiſtere poteſt, quâque *majorem* ea, quæ de fide divinâ teneri jubentur, expetere mihi non videntur. Quòd ſi id tu non requiris, quare igitur tantam *certitudinem* induxiſti, cujus tantummodò

causâ

causâ *credulitatem* meam *piam* impugnans, opus tuum aggreſſus es? Ad quid librum gratis ſcripſiſti inutilem? Ad quid tot verba, tot commenta, tot convicia, tot joci pro re indifferenti, quæ animas apud te non ligat, nec creditu neceſſaria eſt ad ſalutem? Quòd ſi contrà ſentis id ipſum quod ſcripſiſti, nimirum rem eſſe conſtantem, de quâ tutâ conſcientiâ dubitari nequit, eâque de causâ certam eſſe contendis de *certitudine* illâ *omni humanâ majore*, quam toties inculcas, nonne fidei articulum invehis, quem cùm ore neges, præcepto tamen injungis, cùm ei nemo poſſit abſque errore ac noxâ non acquieſcere? Itaque Gaudini diſtinctionem illam *fidei divinæ & humanæ* *1 inter quas media jacet hæc tantæ *certitudinis*, *2 *ut nulla res humana æquè ſit certa*, *eique obſtrepere ſit erroneum, ſi non hæreticum*, quæque ideò conſcientias obligat, captioſam eſſe dico, ac procul ejiciendam ab Eccleſiâ contendo, quandoquidem conſcientiis laqueum injicit, ad credendum ea compellens, quæ nec ſcripturâ ſacrâ, nec tradito Dei verbo revelata ſunt, & ſi non credant, eas peccato lethali onerant, cujus immunis error eſſe nequit, qui ſpectat ad fidem.

*1 Pag. 34.

*2 cap. 2. Pag. 26.

At profectò certitudinem ejuſmodi profligat ac funditùs evertit S. Ephrem Epiſ-

*1 copi Antiocheni apud Photium *1 in re
c. 229. ferè ſimili ſententia, qui de S. Joanne diſſerens, mortuus ſit, vivatnè, nullũ medium adducit inter fidem, & problemata παρὰ τ̃ εὐσέβειαν, ita ut juxta magnum hunc virum, quod non eſt ἔρευνα περὶ πίστεως *inveſtigatio fidei*, in quâ *veritatis ignoratio & error* ναυάγιον μέγα τῇ ψυχῇ προξένει, *naufragium magnum animæ comparat*, ſive *naufragio magno mergit animam*, oportet eſſe ſolummodò problema. *Quæſtio verò problematum*,
*2 inquit, *2 *contra pietatem, pulcrum quidam eſt, ſi ad veritatis finem perveniat, ſi verò ab eâ aberret, non pulcrum quidem, tamen perniciem animæ non affert.*
v. interpretationem Andr. Schotti. p. 295.
Certitudinem autem ſuam Gaudinus medium quoddam facit, quod reverà non eſſe de fide fatetur, verumtamen nec problema eſſe conſentit, quia nimirum *animæ perniciem adfert*, cùm in errorem eam inducat, ſi *cum certitudine* etiam *omni humanâ majori* non credatur. Quid igitur id eſt aliud, quàm merus fidei articulus tantummodò nominis expers?

Nec certè Gaudinus haud itâ occultè loquitur, quin ſuam *certitudinem* eſſe de
*3 fide aliquatenùs declaret, cùm ait: *3
cap. 2. p. 25. *Equidem ſcio graves eſſe Theologos, qui ita ſentiant, accuſentque hæreſeos, ſi*

quis id pertinaciter negaverit. Sic ſolet Gaudinus Theologos graves afferre, quos ne quidem de nomine ipſe novit, ac nihilominùs autoritate magiſtrali, pro ſe pollere etiam mutos aſſeverat. Deinde, *Nec fortè adeò ſpernenda eorum argumenta, ut ab iis facili negocio extricare ſe poſſet.* Fateor me ſophiſmatibus ſolvendis haud libenter attendere. Nam hæc argumenta aliud eſſe nequirent quàm mera ſophiſmata. *Ego verò*, pergit Gaudinus, *lubentiùs aliorum ſententiæ accedo, qui id fide divinâ conſtare negant, quia nimirum nec ſacrâ ſcripturâ, nec tradito Dei verbo continetur, ac proinde revelatum non fuit.*

Rectè quidem, Gaudine, ratiocinaris. Sed ex principiis hiſce tuis oportet te *certitudini* tuæ renunciare, & *piam* tantùm *credulitatem* noſtram, *certitudinis* expertem amplecti. Nam ſi quid S. Thomæ deferѕ (fieri autem non poteſt, quin palmam ei Theologiæ ſcholaſticæ deferas, Principi quippe ſcholaſticorum de quibus me *per contemptum* & malevolè loquutum fuiſſe, cum tuo Ladvocato injuſtè accuſas, *1 cùm eorum verbis & autoritate in tabulâ Traditionis juxta Uſuardum ſatis efficaciter contra vos uſus fuerim) tuam te *certitudinem* condemnare par eſt. Thomas enim non magis

*1 cap. 6. art. 7. p. 289. itē Ladvocatus n. 248. p. 461. &c.

medium ullum admittit inter *fidem* ac *problema*, quàm supra S. Ephrem, cujus sententiæ prorsùs adstipulatur. Consule illum part.1.q.1.art.8. *Vtrum sacra doctrina autoritatibus canonicæ scripturæ sit argumentativa?* de quâ ad secundum objectum sic concludit. *Sacra doctrina autoritatibus canonicæ scripturæ utitur propriè ex necessitate argumentando*: idest, nimirùm quod certitudinem fidei constituit. *Autoritatibus autem aliorum doctorum Ecclesiæ, quasi arguendo ex propriis; sed probabiliter*; hoc est, quod probabilitatem, ex quâ pia credulitas oritur, inducit. Hîc nullum medium interponit. Rationem deinde hujusce differentiæ Thomas sic exprimit: *Innititur enim fides nostra revelationi Apostolis & Prophetis factæ, qui canonicos libros scripserunt, non autem revelationi, si qua fuit aliis doctoribus facta.* Postremò suam decisionem ille probat ex Augustini epistolâ 19. ad Hieronymum sic scribens. *Solis scripturarum libris, qui canonici appellantur, didici hunc honorem deferre, ut nullum autorem eorum in scribendo errasse aliquid firmissimè credam. Alios autem ita lego, ut quantalibet sanctitate doctrinâque præpolleant, non ideò verum putem, quòd ipsi ita senserunt, vel scripserunt.*

Hoc poſito, quòd *ſolis ſcripturarum libris hic honor deferri debeat, ut firmiſſimè credantur*, non *aliis doctoribus quantalibet ſanctitate doctrináque præpollentibus*, quo fundamento Gaudinus *certitudinem* ſuam, *1 *quæ media ſit inter divinam & humanam* ſtabiliet, cùm fundamento præcipuo, atque etiam unico ſacrarum literarum carere ipſe fateatur? Quòd ſi autoritatem Doctorum adducat, reſpondebit ipſi Thomas, non ideò *verum* id certúmque ſe *putare, quod ipſi ita ſenſerunt, vel ſcripſerunt*. *1 pag. 26.

Aſt ego huic S. Thomæ Theologiæ definitioni non modò ſubſcribens, ſed etiã in eam jurans, addo præterea, *certitudinem* hancce Gaudinianam, quæ ſacrarum literarum fundamento deſtituitur, doctorum quoque fundamento deſtitui, cùm incertis atque apocryphis autoribus teſtificata vacillet. Rationibus autem & convenientiis tantùm *ſuadeat*, ut ait Abulenſis, *& non convincat*. Quis igitur eſt ille tãtæ certitudinis Autor, verus, illuſtris ac triumphans? Doctor Gaudinus ſi non *ſanctitate*, quam nemo vivo tribuet, certè *doctrinâ* tantâ præpollens, ut S. Thomas vel contra ſuam ipſius definitionem cogatur illi manus dare, & ἐκ τοῦ τρίποδος cum ſuo Ladvocato pronuncianti (nam vis unita fortior) invitus acquieſcere.

Sed iterum ubi causa, ubi principium, ubi origo *certitudinis* illius, quâ nulla alia certior? si pietati soli innititur, unde illi *certitudinis* nomen, quod *pietatis* nomini in tali re non convenit? Nunquid quod *piè* creditur, cum *certitudine* creditur? Nunquid *pia credulitas* est, & dici potest *certitudo omni humanâ naturali major?* Hoc est nempe quod vulgò dicitur, *contrarium in objecto.* Vel *piam credulitatem* amove; vel *certitudinem* procul pelle. Ac reverà satis manifestè Gaudinus *piam credulitatem* expellit, qui *certitudinem* suam, quâ potest, jam non ampliùs Thomista, sed regulæ Theologicæ, ipsiusque scholæ contemptor non tantùm corroborare nititur, sed etiam quasi indubitatam affirmat.

Hinc non miror, quòd & Gaudinus & Ladvocatus Theolog. illos doctiss. atque sapientissimos, qui meum opusculum suo calculo comprobarunt, veriti non sunt increpare, quasi novo alicui dogmati subscripserint, quod tamen vetustissimum, ut jam satis comprobatum est, illi agnoverunt, ideóque veteris Ecclesiæ doctrinæ, contra novitatem insurgentem, suorum nominum subscriptione se patrocinatos esse gloriari possunt. Quin imò veniam à Theologis illis, qui libris Gaudini atque Ladvocati approbationem suam appo-

fuerunt, expoſco, ſi juſtè conquerar, quòd *certitudinem* illorum *omni humanâ naturali majorem* in eâ re, de quâ diſceptatur, contra SS. Ephrem, atque Thomam admiſerunt, quodque etiam quidam ex iis *doctrinam* in Ladvocati libro ſe *agnoviſſe* teſtati ſunt; *quæ ſinceræ, antiquæ & publicæ erga ſanctiſſimam Virginem in cælos cum corpore Aſſumptam venerationi conſentanea eſt*, cùm reverà tota Ladvocati *doctrina* de aſſumpto ſanctiſſimæ Virginis in cœlos corpore nihil *antiquitatis* habeat; quàm quod fictitius Melito *antiquus*, fateor, ſed apocryphus, & à Papâ Gelaſio proſcriptus in mundum effudit, quo *ſincera & publica veneratio* de Aſſumptione S. Virginis corporali *piè creditâ*, jam *ſincera* ampliùs non eſt, cùm figmentis, quibus *certitudinem* ſuam adverſarij fulciunt, corrupta eſt, nec *publica*, cùm Eccleſia *certitudinem* hancce nunquàm novit, nec admiſit.

At interim non prætermittendum ſilentio arbitror, quò tendat iſte fictitius Gaudini cum tantâ *certitudine* conſenſus, qui in mentibus jacet occultus, nec ullò ſcripto præceptovè Eccleſiæ inſinuatus eſt. Nec enim diffitemur, quin talis conſenſus in multis etiam aliîs rebus hodie pluribus arrideat; ſed maximo Eccleſiæ ac reipublicæ damno. Nam quid mali gigni

non poteſt ex illo, quem etiam novatores noſtri temporis traditionem appellare audent? Hanc alij pectoralem, alij viventem,* & oralem vocitavêre, & palàm etiam ac publicè in Collegio Sorbonico magno niſu & conjuratis animis anno
*1. 3. Julij. 1666. *1 comprobari tentarunt. Et id quidem juxta votum ſuum obtinuiſſent, niſi Theologi cordatiores ac juribus Eccleſiæ Regnique Franciæ ſervandis attentiores fortiter obſtitiſſent, & confœderatorum impetum fregiſſent. Ex tali conſenſu, ſeu traditione noviter juventâ probabilitatis doctrina exorta eſt, hinc prodierunt tot ſcripta, quæ ſinceritatem fidei Chriſtianæ facilè immutant, & nova dogmata ingerunt: hinc puriorum morum corruptio: hinc libertatum Eccleſiæ Gallicanæ, juriumque Regiorum contemptus. Quapropter non abſque ratione quidam mirati ſunt, quòd Gaudinus librum ſuum, quo conſenſum ejuſmodi, ſive potiùs traditionem pectoralem & oralem hâc ſpecioſâ occaſione renovare aggreſſus eſt, Regi Chriſtianiſſimo inſcripſerit, totque Magnatibus obtulerit. Speravit nimirùm id eos non animadverſuros, ſed ſunt plures in aulâ tanti Principis oculatiores, quàm ipſe autumat, nec diù occultum eſſe nequit, quod in manibus omnium doctorum, indoctorumque verſatur.

Multa alia sunt in libro Gaudini quæ censoriâ virgulâ percuti jure mererentur, sed in has tricas nolo me conjicere. Mihi satis erit pauca quædam observare, in quibus adhuc aliquantùm immorabor.

Me pluribus in locis Gaudinus inconstantiæ accusat, quodque ea sæpiùs adduco, quæ non probo, ac refellere in animo habeo, quasi altera *Penelope* *1 *retexens noctu, quæ interdiu texuerat.* Equidem res omnes, atque etiam illas, quæ proposito meo contrariæ videri possent, candidè profero, & eâ quâ possum diligentiâ examino, nec ita facilè mihi ignotas definio, veritatem solam inquirens, & eam ubicunque amplecti paratus. Nam quid meâ refert, si Ecclesia Usuardum olim condemnârit? verùm id hactenùs non animadverti, nec video quemquam ab octingentis atque ampliùs annis, præter Baronium, & hujus sequaces Gaudinum ac Ladvocatum, qui hunc attentarit. Gaudinus certè hujusce levitatis quam mihi objectat (si tamen levitas est id quod verius est inquirere) argui non potest, qui omnia vera, falsa confidenter profert, ac pro suo arbitratu determinat. Nimirum syllogismis pollet & evadit, quorum artem Tullius ait in Academicis, *Penelopem esse texentem atque retexentem.*

1* p. 98.

Nec tamen Gaudinus perpetuò mihi improperat : quin me etiam aliquando laudat, etsi parciùs, ac forteàn suo more ludens ac subsannans, homo quippe & venustus, & dicax, & urbanus. Nam *in recitandis horis canonicis diu, noctu summâ cum attentione* (utinam ibi saltem verè loquutus fuisset) *non assiduum modò* me facit, *sed & ferè perpetuum*. At quid ibi criminis ? nonne melius est, id agere quàm strenuè in choro confabulari? sed eodem tempore libellum quendam de reformandis horis canonicis à me pridem editum fuisse objicit, *1 quo plurimos credidisse ait, *hoc mihi propositum fuisse, ut Breviarij, quod vocant, privatim recitandi usum penitùs abrogarem.* Undè autem Gaudinus didicit me istius opusculi autorem fuisse? Hunc honorem ipse mihi non arrogo. Nam reverà libellus iste, si benè eum intellexi, de abrogando usu Breviarij privatim recitandi non tractat, sed de benè, devotè, decenterque eo recitando, de illo diligenter emendando, de restituendis priscis Clericorum functionibus, in quarum locum hæc recitatio privata injuncta videtur, si tamen fieri posset, & summo Pontifici bonum esse videretur, de corrigendis abusibus, veluti de demurmuratione verborum absque sensu, de bonis ac reditibus Ecclesia-

*1 cap. 2. pag. 22.

rum ſub prætextu breviarij recitati vel benè vel malè à Beneficiatis ad libitum inſumptis, atque ejuſmodi propoſitionibus, quæ ipſi Urbano Papæ VIII. tunc temporis ſuggeſiſſe dicuntur, ut ſeria reformatio Breviarij Romani fieret, quæque pluribus Theologis antiquitatum ſacrarum, veteriſque diſciplinæ cultoribus non parũ arriſerũt. Sed quid hæc ad Uſuardũ.

In Antidicomarianitis me allucinatum fuiſſe Gaudinus objectat, *1 eorum hæreſim arguens non fuiſſe, quòd *negarint Mariam Virginem eſſe mortuam. ſed errorem eſſe Collyridianorum.* Fateor me ibi lapſum eſſe: nam errata mea facilè agnoſco, & Gaudino moniti ſui gratias libenter ago. Sed & ipſe à me moneri non gravabitur, quòd nec is error propriè fuit Collyridianorũ, qui non *negabant Mariam Virginem eſſe mortuã*, ſed eò *amentiæ progreſſi erant*, ut oſtendit Epiphanius, *2 ἀντὶ Θεοῦ ταύτην παρεισάγειν ἐσπουδακότες, *ut pro Deo nobis illam obtrudere vellent*; adeò ut in Virginis nomen, & honorem κολλυρίδα τινὰ ἐπιτέλειν *collyridem ſive tortam panis ſacrificantes offerrent, &c.* quod *novum dogma mulierculas quaſdam in Arabiâ, quò è Thraciâ ac ſuperiore Scythiâ* *3 *profectæ erant, commentas fuiſſe* Epi-

*1 pag. 96.

*2 Lib. 3. adv. hæreſ. hær. 78. n. 23. p. 1054. & hær. 79. n. 1. pag. 1055.

*3 Hær. 79. n. 1.

phanius nos docet. Sed quid hic in nomine lapsus obesse potest Usuardo? Mihi certè profuit, quòd diligentiùs Epiphanium legere me compulerit, quàm Gaudinus eum legit.

SIC MODESTI Hierosolymitani Patriarchæ testimonium contra Juvenalem Gaudinus refellit, *1 quasi ad rem nullomodò pertinens, méque Mariam unguentiferam pro Mariâ Dei Genitrice accepisse suggillat. Mentem meam Gaudinus haud assecutus est. Equidem adeò non sum stupidus & hebes, ut pro S. Deiparâ unguentiferam Mariam Magdalenam accipiam, è quâ Jesus septem dæmonia ejecit. Ex Modesto conjectavi, ac fieri potuisse dixi, ut S. Virgo Deipara Ephesi obdormierit. Neque ego etiamnunc à conjecturâ meâ discederem, nisi ibidem observassem, Mariam Magdalenam unguentiferam, Mariæ Virginis perpetuam comitem fuisse, quod multùm verisimile est, ut & de aliis sanctis mulieribus quæ Christo vivente ipsi adfuerant, & post ejus passionem in hâc quoq; parte officio suo non defuisse credendæ sunt, idque Jerosolymis, unde posteà Magdalenâ Ephesum ad Joannem migravit. Quòd si nihilominùs B. Virgo in perpetuo contubernio Joannis ad finem usque vitæ permanserit, conjectura mea manebit, teste etiam Modesto, cujus

*1 cap. 5. art. 1. p. 141. 142.

hic textus clarè oſtenderet, illam Epheſi obdormiſſe, quandoquidem Joannem ibi tunc degiſſe ex iſto textu manifeſtū eſt.

Nec deſunt certè & teſtimonia & teſtes, ex quibus haud malè quis argumentari poſſit, B. Mariam Deiparam ultimum diem Epheſi clauſiſſe. Ad id enim primùm non parùm facere videntur hæc verba Joannis in Evangelio, *1 *Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſua*, græcè εἰς τὰ ἴδια, hoc eſt, in domicilium ſuum, quod etſi de domo illâ ſitâ ad montem Sion, *2 quam *Ioannes fertur comparaſſe poſt mortem patris ſui Zebedæi*, ut teſtatur Nicephorus, *3 intelligi poſſit de domicilio quoque illo præcipuo, quod Epheſi ſibi poſt paſſionem Domini prædicando per Aſiam Evangelio fixerat, accipi poſſe multùm veriſimile eſt, ubi per illa verba, *& ex illa hora* Joannes videtur innuere B. Virginem ſecum ad exitum ipſius vitæ quaſi commendatam ſibi à Chriſto in cruce detinuiſſe. Nam Joannem Evangelium ſuum poſt alios tres Evangeliſtas, necnon poſt Apocalypſim quam in Pathmo edidit, Epheſi conſcripſiſſe conſtat, atque etiam multis teſtantibus anno 32. poſt Aſcenſionem Salvatoris, ut notat Maldonatus in præfatione in quatuor Evangelia cap. 4. quo tempore B. Virgo jampridem è vivis exceſſerat.

*1 cap. 19. 27.

*2 Niceph. lib. 2. c. 3. p. 131.

*3 lib. 2. cap. 3. p. 135.

Itaque si illa permansit ad finem usque vitæ in domicilio Joannis, oportuit eam Ephesi vitâ functam fuisse, ubi tunc testante Modesto, Joannes commorabatur. Quòd si illa in domo Joannis Hierosolimitanâ permanserit, oportuit contrà à Joanne ibi derelictam fuisse, quod & videtur innuere Epiphanius *1 dicens, ὅτε παρείληφεν αὐτὴν πρὸς ἑαυτὸν, οὐκέτι παρέμεινε παρ᾽ αὐτῷ, *Posteaquam ad sese illam accepit, non ampliùs apud ipsum permansit*, sed id verbis Apostoli aliquantùm repugnare videtur. Et certè obiter observandum est, quod ibi Joannes ne verbum quidem ullum addit de Virginis assumptione, qui locus maximè poscebat, ut rem adeò notabilem vel uno verbo indicaret.

*1 Hæres. 78. n. 11. p. 1043.

Eandem quoque conjecturam de morte Deiparæ in Epheso confirmare possunt verba ista Epistolæ Synodi Ephesinæ ad Clerum populumque Constantinopolitanum: *2 *Quare & Nestorius impiæ hæreseos instaurator, cùm in Ephesiorum civitatem pervenisset, in quâ, vel potiùs ubi ἔνθα Ioannes Theologus & Deipara Virgo Maria ....* Ibi supremum verbum periodi nonnulli deesse arbîtrati sunt, quod sic substituerunt, *ædes habuerunt*, vel *aliquando habitaverunt*,

*2 v. in 2. parte Concil. tom. 1. [illegible]16. edition. Col[illegible] niens. 1618.

vel, ut Baronius, *1 *quandoque incoluerunt*. Sed non desunt, qui dicant, ibidem scriptum fuisse *jacent*, vel *dormiunt*, vel *sunt*, si quid tamen umquam amplius ibi scriptum fuerit. Nam hæc verba *jacent*, *dormiunt*, *sunt*, subaudiri facilè possunt, ideóque forsan omissa fuere, quasi non necessaria. Ac reverà credendum esset hisce verbis, sepulturam Mariæ ac Joannis potiùs indicari, quasi rem annotatu dignam, quàm simplicem habitationem, vel domum. Ad id etiam facit Ecclesia illa Mariæ Deiparæ dedicata Ephesi, in quam S. Cyrillus omnes Patres concilij convocatos, fuisse ostendit homiliâ 2. in Nestorium *2 de laudibus B. Virginis Ἐπὶ τὴν δὲ ἐκκλησίαν τῆς θεοτόκου Μαρίας quæ prima Ecclesiarum in honorem B. Mariæ Virginis erecta fertur, ad decorandum nempe illius venerabile sepulcrum. Ad marginem quidem textûs Homiliæ scriptum est κλῆσιν, *vocationem*, quæ pro cætu ac congregatione aliquando accipitur, pro ἐκκλησίαν. Sed manifestum est legi debere ἐκκλησίαν, cùm ex ipso textu Synodi actione 1. *3 in quâ scribitur, *Synodum congregatam fuisse in Ephesiorum metropoli ex decreto religiosissimorum & Christianissimorum Imperatorum considentibus in sanctissimâ Ecclesiâ*

*1 an. 44. sect. 29.

*2 Parte 2. Concilij Ephes. tom. 1. concil. p. 221. & tom. 5. oper. S. Cyril. part. 2. pag. 355.

*3 part. 2. p. 168.

τῇ καλουμένῃ Μαρίᾳ, *quæ appellatur Maria, religiosissimis & sanctissimis Episcopis*; tum ex relatione Synodicâ ad Imperatores de Nestorij depositione, in
*1 quâ hæc verba leguntur, *1 *Cùm itaque*
par. 2. p. 214. *sequenti die* ἐν τῇ ἁγίᾳ ϗ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, (sive ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει,
*2 *2 ut in fine subscriptionis Patrum) τῇ
p. 210. καλουμένῃ Μαρίᾳ, *in sancta & magna Ecclesia* (*Ephesiorum metropoli*) *quæ appellatur Maria, convenissemus*, quæ manifestè templum indicant, non cœtum seu congregationem. Quin & Religiosus quidam doctissimus mihique amicus per hæc verba Epistolæ Synodicæ, *ubi Ioannes Theologus & Deipara Virgo Maria*, contendit non indicari personas, sed ipsam Basilicam Ephesiorum Metropolim, quam Joanni ac Mariæ Virgini dicatam fuisse ex hoc textu argumentatur; neque enim alibi apud antiquos Patres vestigium ullum extare ait, quo cognosci possit Mariam Ephesi unquam habitasse, & obdormiisse; quamvis & ipse planè fateatur veterem *Ecclesia* de ipsius resurrectione & corporali in cælum evectione *inscitiam*, quodque Juvenali Hierosolymitano affictum est, ex Pseudo-Melitone vel ab apocrypho scripto Joannis τῦ Θεολόγυ promanâsse. Restat tamen

indagandum, an textus ille Synodi Ephenæ, qui de personis satis apertè loqui videtur, de Ecclesiâ, seu Basilicâ Metropolitanâ possit intelligi, præsertim cùm alibi Ecclesia illa Ephesiorum non legatur fuisse dicata Joanni, sed tantummodò Mariæ. Non negarim tamen etiam tunc temporis jam Ephesi Ecclesiam S. Joanni dicatam fuisse. Nam id mihi liquidò apparuit ex textu Ephesini Concilij, quod nunquam anteà editum Antonius Contius juris Antecessor in universitate Biturigum vulgavit anno 1574. sed hæc Ecclesia Joannis ibi manifestè distincta est à Metropolitanâ S. Mariæ: si quidem ex *sermonibus diversis S. Cyrilli dictis apud Ephesum primus* *1 hîc fertur *habitus in majore Ecclesia, quæ vocatur Maria:* secundus verò *in Ecclesia S. Ioannis Evangelistæ.* De his liberum esto suum cuique judicium. Sed ex hoc textu, qui legitimus est, nec corruptus unquam fuisse censetur, plures huic sententiæ accessêrunt, quòd B. Virgo aliquandiù Ephesi commorata fuerit, si non ad ultimum usque vitæ terminum; inter quos fuit Petrus Canisius, *2 Jodocus Lorichius, *3 & ipse Baronius, *4 addentes tamen, eam posteà in Jerusalem reversam fuisse?

*1 fol. 124.

*2 lib. 5. cap. 1.

*3 In thesauro Theol. sub nomine *Maria* n. 18. p. 1356.

*4 an. 44. sect. 29.

Sed antequàm ex Modesto discedam, mihi hîc referendum esse duxi, quod ocu-

*1 los meos priùs fugiſſe fateor in fine ejuſ-
n. 275. dem canonis Photij, *1 qui hæc verba ibi-
p. 524. dem ſubjecit : *Legi ejuſdem* (Modeſti) *Orationem, quæ inſcribitur Encomium in Obdormitionem Deiparæ Virginis. Longa quidem eſt oratio, ſed nihil neceſſarium, nec præcedenti quid familiare cognatumque adferens.* Quod ibi Photius annotat, non leve profectò argumentum videtur contra narrationem, quam à Juvenale Pulcheriæ factam fuiſſe Euthymius atque Damaſcenus ſcripſerunt. Etenim ſi traditio illa quam Juvenalem Pulcheriæ narraſſe ferunt, Jèroſolymis nota fuiſſet, certè ad Modeſtum etiam Archiepiſcopum Hieroſolymitanum, ut jam obſervavi, perveniſſet, nec ideò Modeſtus in hocce Encomio Virginis eam omiſiſſet. Deinde Encomium iſtud non inſcripſiſſet, *in Obdormitionem Deiparæ,* ſed *in Reſurrectionem*, vel *in Aſſumptionem* : Nec etiam in Homiliâ de virginibus unguentiferis, de quâ ſuprà, Modeſtus de Mariâ Magdalenâ loquens, dixiſſet, *Poſt Obdormitionem ſanctiſſimæ Dominæ noſtræ Deiparæ profecta eſt Epheſum*, ſed *reſurrectionem* vel *aſſumptionem*. Denique aliquo verbo uſus eſſet, ac præſertim in Encomij titulo, quod talem ejus evectionem corpoream ſtatim quaſi digito indicaſſet. Unde certè novum, at-

que audaciùs factum videri debet, quòd Ladvocatus Encomium istud haud bonâ fide, contraque γνήσιον Orationis titulū à Photio testatum inscripserit *1 *in Assumptionem sanctissimæ Dei Genitricis*, nempe ut fucum faceret, ac Modestum ibi corpoream S. Dei Genitricis Assumptionem collaudasse atque comprobasse insinuaret. Hinc *maximè se avere* pronunciat *2 *ut illo codice manuscripto.* *3 *Residentiæ Constantinopolitanæ PP. Societatis Iesu, in quo P. Philippus Labbe refert in indiculo operum S. Ioannis Damasceni descriptam esse hanc Orationem, sibi frui liceret*, *4 *ex quo refellerentur ea quæ ex ipso Modesto de B. Virgine Ephesi mortua sine fundamento jactabam*, quasi id asseverâssem quod quasi dubium quoddam examinandum tantùm protuleram. Ego verò me quoque ejusdem voti compotem fieri maximè averem, atque in eo *tam nobili antiquitatis monumento*, Assumptionem corpoream sacratissimæ Dei Matris, quam ibi Ladvocatus inesse nimis confidenter asserit, ita comprobatam esse cernerem, ut eam *de certitudine omni humana naturali majore* credi debere negare non possem. Quid enim mihi magis allubesceret, quàm hæc constans atque indubitata sacræ Virginis exaltatio, cujus excellentiæ ac ma-

*1 n. 262. p. 508.
*2 p. 509.
*3 p. 508.
*4 p. 509.

gnitudini supra creaturas omnes nullum honoré non deferrem, nisi *limitibus Patrũ* atque Ecclesiæ constrictus atque inclusus, eos *pratergredi* & exspatiari *prohiberer*. *1 Ast ego me non confidentiùs, quàm par erit loqui arbitrabor, si dicam in Oratione istâ Modesti nihil fuisse, quod B. Virginis corpus assumptum prædicarit, sed potiùs aliquid inesse, quod dubietatem antiquam confirmet atque corroboret, cùm Patres Societatis Jesu noluerint eam in publicum proferre, judicantes, veluti Photius, *nihil* ibi *necessarium* contineri. Nam nec ea verba, *à quibus* Ladvocatus annotat *hanc Orationem incipere*, necessaria sunt ad Assumptionem corporis virginei comprobandam, cum ne quidem ad Assumptionem ejus pertineant, sed, ut ex ipsorum verborum sensu facilè colligitur, ad mysterium Incarnationis, cujus prærogativâ ac privilegio Modestus utitur ad extollendam Dei Genitricem. Nec si Modestus de Assumptione corporeâ in Oratione istâ panegyricâ tractare voluisset, eam statim ab Assumptione exorsus fuisset. Verba Græca quæ Labbæus refert, sic Ladvocatus latinè expressit. *2 *Venerandarum Genitricis Christi Dei festivitatum ineffabilis est sacrosancta notitia, quandoquidem gloriosissimum mysterium & omnibus potestatibus ac mortalibus in-*

*1 Isaac. De stella in serm. de Assumpt.

*2 p. 509.

comprehensibile &c. Quis ibi *mysterium* Assumptionis deprehendit, quod neminem hactenùs *mysterium omnibus potestatibus ac mortalibus incomprehensibile* appellasse novi, præter Ladvocatum, qui vocum, ut rerum, novitati studet atque delectatur? Mysterium Incarnationis est & dici solet incomprehensibile, non Assumptionis. Mysterium Incarnationis statim ab adolescentiâ Virginis, à quâ Modestus exordium suum sumpsit, Virginem extollit, non mysterium Assumptionis, quod post ejus obdormitionem circa sermonis epilogum tractari & explicari debuit. Denique nihil ibi de Asũptione.

Frigide etiam jocatur Gaudinus, cùm me Ephesum pro provinciâ, Asiam verò pro urbe accepisse dicit. Quis enim me adeò rusticum potiùs quàm ignarum credat, ut nesciam, Asiam esse unam ex quatuor orbis terreni partibus, Ephesum autem urbem Joniæ regionis Asiaticæ maritimam, eamque Dianæ quondam templo insignem, cujus etiam meminit Lucas in Actibus Apostolorum? *1 Quasi verò qui egrediatur Lutetiâ, ut alias urbes Europæ peragret, non rectè dicatur inde ire vel peregrinari per Europam?

*1 cap. 19. 34. 35.

Latinitatem meam Gaudinus multoties carpit, nimirum suæ laudator occultus. Neque enim parùm φίλαυτος est.

Tam gaudet in se, tamque se ipse miratur.

Unicum tamen locum ex pluribus notat, quasi in eo graviter lapsus sim. Hunc
*1 in dissertatione meâ ex Usuardi prologo
pag. 57. sic expressi, *1 loqui studens Usuardi verbis paulò immutatis: sic enim autorum verba inversa frequenter usurpo, quo fidem majorem faciam ex eorum ore loquens. *Usuardus autem*, aio, *se Bedam secutum esse declarat, & si quid auxerit vel immutarit, sagaci indagine id perquisitum fecisse.* Gaudinus ibi exclamat.
*2 *2 *Hic hæres, lector, & hæc postrema*
pag. 79. *verba (id perquisitum fecisse) an rectè latinéque scripta sint rogas &c.?* Grande piaculum! sed solis Gaudino atque Ladvocato. Nam lectores id rogare nego,
*3 præter illos, qui *festucam in oculo fratris*
Math. 7. 3. *sui vident*, *3 in suo *trabem non consi-*
*4 *derant*, *4 Quin & Usuardum per ipsius
Luc. 6. 41. verba exprimere volens, rectè latinéque me locutum esse contendo, quando id quod ipse dixit, *sagaci à me indagine id perquisitum agnosci poterit* sic inverti, *Usuardus declarat id se perquisitum fecisse*, hoc est *id se fecisse declarat, postquàm ille perquisierat*. Sed quid opus est in re nihili vel minimam minutiam temporis impendere? Non uror amore mei; nec mihi plurimùm curæ est, an sim Cice-

ronianus, modò ſim Chriſtianus. Sed neque Gaudinum in Eraſmi Ciceroniano locum ſibi vindicare oportet, niſi fortè inter illos, qui cùm ſe maximè Ciceronianos eſſe crederent, ibi ideò adſcripti ſunt, ut eos minimè Ciceronianos fuiſſe innoteſceret. Nam à viro quodam latinæ linguæ maximè perito, & qui diligentiùs phraſim ac loquendi modum Gaudini inſpexit, accepi, librum eius ſcatere verbis impropriis, phraſibus inſolitis, Galliciſmis, barbariſmis, quid plura? etiam ſolœciſmis.

Nimirum omnes idem fallimur, &c.
Et non videmus, manticæ quid in tergo eſt.

M E *infenſiſſimum* eſſe Eminentiſſimo Baronio, ac *malevolè in tantum virum multa conjectaſſe* Gaudinus accuſat: *1 quod ego nego. Aſt ego conqueror, quòd infenſiſſimum ſe ubique Gaudinus Uſuardo *tanto quoque viro* præſtiterit: quod negare nequit. *1 cap. 6. art. 7. p. 288.

An *infenſiſſimus* ego ſim Baronio, quòd cum innumeris præſtantibus ac ſanctis autoribus atque Eccleſiis ab illo diſſenſerim? An *infenſiſſimus* illi fuerim, quem, priuſquàm confutandam eius ſententiam aggrederer, me eum noſſe profeſſus ſum, *2 *Et ſumma dignitate fulgentem, & multiplici eruditione conſpicuum, & acri* *2 pag. 15

judicio pollentem &c. At annotas, inquit Gaudinus Baronium quædam *1 *ad libitum expungere, addere, immutare, ut Ecclesiam Romanam suprà cæteras in omnibus attollat; quasi verò Ecclesia Romana minutis istis artibus, ne dicatur, technis egeat, ut Mater aliarum Ecclesiarum agnoscatur, nihilque aliud sit, quod ipsi nomen istud conciliet, ac constanter asserat, quod tamen aliunde multis de causis validioribus libenter ei impertimur ac debitum esse profitemur.* Mea verba ipsissima repeto, quæ Gaudinus ipse non refert, licet improperet. Sed nihil in occulto loquutus sum, nec occultare cupio. Quid enim ibi mali est, si veritas inest? Andesunt etiam Theologi Sorbonici, iique sapientissimi, qui idem in Emin. Baronio reprehendant? qui non probent, eum potestatem summorum Pontificum ita astruxisse, ut eos ubique infallibiles, ut dicitur, etiam in factis esse velit, & Monarchas eos constituat universi orbis Christiani, ut & Ecclesiæ, dominosque Regum & temporalium ditionum, à quibus eos illi deturbare possint, si opus esse judicent? Hæc omnia bonis Pontificibus Romanis haud placere novi. Quantò minùs placere debent homini Franco, ac subdito Regi, coronæ suæ juribus servandis attentissimo, atque ipsius

*1 pag. 55.

fius Magiftratibus, quorum eft invigilare, ne quid ex extraneis opinionibus in Galliam invehatur, quod coronæ Francicæ dignitatem ac fundamenta concutere atque evertere poffit? An in ea technas à Baronio cognitor Regius in ampliffimo Senatu abeffe confentiet? Attamen licebit Gaudino Baronium, non tantùm *magnum*, quod ego libenter agnofco, fed etiam *ubique maximum*, quod non concedendum effe reor, ita prædicare atque attollere, ut nemo contrà vel mutire audeat? Licebit ipfi Baronio, etiam apud Francos, Ufuardum veterem Francum, qui Regis Franciæ juffu Ecclefiarum Franciæ ufui luculentum opus compegit, impetere? Licebit Gaudino atque Ladvocato Francis in eo Baronio fuppetias ferre, & ubique Ufuardum & S. Adonem convitiis fibilifque confectari? *1 Non licebit verò Jolio Parifienfi ab Ufuardo Religiofo Benedictino Parifienfi celeberrimo calumnias atque maledicta propulfare? Quid iniquius? Quid abfurdius? Quid injuriofius?

QUOD in libello meo Breviarium Romanum Cardinalis Quignonij laudarim, reprehendit Gaudinus. Grande crimen, me in aliquo laudaffe opus juffu Pauli III. Pontificis Maximi compofitum, ab eoque non modò probatum, fed etiam col-

*1 Convicia ac joci Gaudini in Ufuardũ. cap. 1. p. 13. c. 4. art. 2. p. 73. p. 101. art. 4. p. 115. art. 5. p. 207. c. 5. art. 7. p. 231. 233. c. 6. art. 4. p. 264 art. 8. p. 298. c. 8. art. 1. p. 337. art. 4. p. 384. art. 5. p. 408. p. 409.

laudatum, diúque in usu habitum! At Gaudinus etiam aliquando non abstinet à Pontificibus Romanis, cùm sibi incommodant, qui nec Gelasium Papam contra Pseudo-Melitonem, nec Ecclesiam Romanam contra Elizabetham Schonaugiensem admittit. Verùm, inquit, Facultas Theologiæ Parisiensis rationes collegit, *1 ob quas revocandum istud Breviarium esse censuit, quia nimirum Antiphonas, Responsoria, versus atque alia hujusmodi Quignonius neglexerat atque omiserat: ac reverà revocatum atque antiquatum fuit. Quid ad me? Pius V. Pontifex Maximus nihil in isto Breviario condemnavit, sed solam brevitatis causam suæ revocationis expressit. De cætero, exceptis hisce Antiphonis, Responsoriis, &c. quorum plura nemo est qui non videat magis cantui prodesse, quàm mentium ædificationi, cujus mihi ante omnia ratio habenda videtur, compositio istius Breviarij ad formam antiqui officij Ecclesiastici maximè accedit, in quo Psalterium per quamlibet hebdomadam, scriptura verò sacra per anni circulum uno tenore & absque interruptione legebatur. Hæc potissimùm in isto Breviario commendavi: nec dubito tamen, quin quædam in eo, quemadmodum in aliis, corrigi mereantur. Quòd si hæc antiquitatis

*1 p. 361.

ratio Gaudino non placet, certè apud me tantùm valet, ut eam non collaudare nequeam, quamvis alia Breviaria non contemnam. Quod autem de illo, deque aliis olim emendatis atque emendandis paulò prolixiùs in diſſertatione meâ tractarim feci ex conſulto, & ex occaſione, quâ quædam indicare poſſem, quæ fortè profutura forent iis, qui officio divino Eccleſiæ Pariſienſis propediem emendando debebant attendere: ita ut quod Gaudino ſtomachoſo ac malè volenti nauſeam excitavit, pluribus aliis, quibus cerebrum non malè affectum eſt, haud parum arriſerit; qui ſe cum aliquâ voluptate atque fructu legiſſe protulerunt, quæ congeſſi de Leone X. Pont. Max. de Clemente VII. de Ferrerio, de Becichemo, de Alberto Cardinali, de Adolpho Schauvenburgenſi Archiepiſcopo Colonienſi, de Joanne Fero Concionatore Moguntino, de Lindano Epiſcopo Ruremundenſi, de Innocentio III. & anteà de Agoberto ſive Agobardo, de Eſpencæo, de Cardinali Alliacenſi, de Ferdinando Imperatore, de Carolo Franciæ Rege, de Pio V. de Clemente VIII. de Urbano VIII. quos Gaudinus unà collegit, *1 mihi potiùs, ut reor, quàm illis illudens; ſed, quoquomodo, non abſque illorum injuriâ, quos mea tacitè eâ occaſione repercutit.

*1 cap. 8. art. 2. p. 358.

*1 In Epilogo p. 422. DENIQUE Gaudinus, me ad pœnitentiam ac palinodiam invitat. *1 Equidem gratias illi maximas debeo, quòd me meæ ſalutis admoneat, & animæ meæ tantam curam gerat. Fateor me pluribus lacrymis egere, quibus innumera ac graviſſima peccata mea deleri valeant; nec detrectarem retractationem, ſi quid me ſcripſiſſe crederem, quod Chriſto aut ſanctiſſimæ ejus Genitrici injurioſum foret, quos totis viſceribus amare, colere ac venerari debeo: atque utinam quod in hâc parte debeo, id aſpirante divino numine ſeduliter adimpleam. Tantùm autem abeſt, ut eâ in re, de quâ ſcripſi, me deliquiſſe arbitrer, ut è contrario aliquatenùs officio meo me defuiſſe exiſtimarem, ſi cùm poſſem commodè, calamum non ſtrinxiſſem, adversùs eorum pertinaciam, qui traditionem antiquam Eccleſiæ noſtræ, & priſcæ ejus fidei veſtigia abolere, tentant, ac novum laqueum conſcientiis injicere præſumunt, ideóque ſuæ temeritatis ac pervicaciæ pœnitentiam illam exhibere deberent quam aliis ſuadent; & non erigere criſtas atque ſuperbire.

Ægrè tamen ſcripſi, nec abſque magnâ deliberatione atque conſilio. Nec, ſi adverſarij ſtatuto Capituli Pariſienſis perpetuò obſtitiſſent, quidquam protuliſſem.

Cùm autem vel Martyrologium noſtrum Pariſienſe corrumpi oporteret, vel rationes palàm exponere, ob quas corrumpi non deberet, eas colligere ſtudui, collectaſque confirmandis Canonicorum noſtrorum animis exponendas eſſe cenſui. Imparem quidem me tanto oneri fuiſſe fateor, nec ad hæc Pergama, veluti objicit Gaudinus, *1 ſatis idoneum me libenter agnoſco. Sed aliis id in mentem non venerat, & cùm delegatorum Canonicorum, qui concluſioni Capitulari intenderant, antiquior eſſem, me illius patronum atque defenſorem præſtare debere facilè perſuaſus ſum, poſtquàm quæſtione diligenter & abſque affectu diſcuſsâ atque examinatâ, cùm ex antiquâ traditione Eccleſiæ, cui inviolabiliter acquieſcendum eſſe duxi, tum ex viſis pluribus teſtimoniis veterum Autorum ipſi conſentaneis, nec neglecto examine rationum Eminentiſſimi Card. Baronij, atque aliorum argumentorum, quæ contrà facere videbantur, veritatem rei me ſatis aſſecutum eſſe credidi. Quid plura? vetus Ilium, vetera Pergama defendi. Si fortioribus armis propugnanda fuerant, ea tamen haud Gaudinus evertet, niſi fortè Sinonis fraudibus atque dolis, & machinâ aliquâ grandi religionis obtentu productâ, cujus latebras ij, quibus traditionis antiquæ

*1 cap. 1. pag. 14.

Palladium omnibus modis tutari incumbebat, terebrare ac tentare non audeant.

Denique viri sapientes atque docti scriptum meum, priusquàm in publicum prodiret, accuratè legerunt, & profecturum esse judicarunt, quò Ecclesiæ antiquitas, quam tot hodie novatores nullâ occasione vellicare non audent, integra permaneret. Nihil aliud in mente habui, quàm Martyrologium antiquum Ecclesiæ Parisiensis integrum illibatumque servare: atque in limine mei libelli *1 professus sum, me *De veritate historiæ Assumptionis corporalis B. Mariæ non scribere, quam nemo verè Catholicus oppugnare velit, nec etiam possit, nec de eâ re sermonem me habiturum, nisi ex occasione, & in quantum textus Vsuardi postularet. Impietatem prodigiosam esse dixi, atque extremam dementiam, si quis eam denegaret.* Hanc contrà ubique in meâ dissertatione *piè credi* debere asserui, nec quidquam ampliùs Ecclesiam poscere arbitratus sum. Quid plura? Quæ mihi in mentem venerunt, & meliora visa sunt, unà congessi, autorumque testimonia fideliter expressi. Si quid alicubi lapsus sum (neque enim id fieri posse diffiteor, cùm ego homo sim, nihilque humani à me alienum putem) corrigi non ab uno.

*1 p. 13.

Scriptum meum illustrissimo Parisiensi

Archiepiſcopo ſimul & Capitulo, de quorum negotio tunc agebatur dedicavi. Nec inficiabitur, credo, Reverendiſſimus Archipræſul illud legiſſe, priuſquàm typis mandaretur nec abſque illius aſſenſu editum fuiſſe. Itaque quod ait Gaudinus, illum poſteà ſententiam mutaſſe, id mihi hactenùs ignotum fuit; nec ſi ita eſt ad me pertinet inquirere, cur ille pro Uſuardo primus omnium ſenſerit, nobiſque idem ſentiendi viam aperuerit, poſteà verò contrà opinatus fuerit, judiciumque prius, quod omnes Canonici delegati, quaſi venerandæ antiquitati conſentaneum facilè amplexi ſunt, ipſe retractaverit. Sapienter quidem ac Chriſtianè fecit, ſi ſe primùm erráſſe deprehendit. Quid enim glorioſius, quàm veritatem, quoquo tempore ſeſe prodit ac manifeſta fit, candidè profiteri? Ego verò nondùm eum hactenùs novi perperàm ſenſiſſe, cùm primùm ſuam ſententiam nobis aperuit: quin imò magis ac magis eam collaudo, quoties illius fundamenta atque rationes, quæ me in eâ firmiter detinent, revoluo atque accuratiùs exploro. Unde vix ego credere poſſim, quod Gaudinus de hâc ſecundâ opinione nobis oſtendit. Quidquid ſit, non diffido, quin ſapientiſſimus Antiſtes veritati cognitæ ſemper acquieſcat, eamque plenis, quod ajunt, ulnis

avidè complectatur. Certè Canonici noſtri meum opuſculum quaſi ſuffragiorum ſuorum apologiam, benevolè acceperunt, mihique plures ex ipſis gratias egerunt.

Titulum libelli ſimpliciter inſcripſi, *De Verbis Vſuardi &c.* de quibus nempe agebatur, ex quo nihil inferri poterat, quod ſimplicium animos percuteret, cùm quæſtionem ex iſtâ nomenclaturâ ſibi incognitâ conjicere non valerent. Liber tantummodò doctis ſcriptus à doctorum atque intelligentium manibus terebatur.

Vos, Gaudine, atque Ladvocate, anno ferè elapſo, cùm jam de ſcripto meo profundum eſſet ſilentium, derepentè claſſicum ſumitis, quóque acriùs poſſitis *ciere viros Martemque accendere cantu*, grandia verba libris veſtris apponitis. Quis enim non moveatur, cùm legit in compitis & in templorum valuis, *Aſſumptio Mariæ Virginis vindicata &c.* & *Vindiciæ Parthenicæ &c.?* cui bilis non exardeſcat contra Jolium, qui nempe glorioſam Aſſumptionem B. Virginis neget, infamet, deteſtetur, quam contrà *piè credit*, colit, veneratur, qui ſanctiſſimam Virginem *ſive in corpore, ſive extra corpus* exaltatam eſſe prædicat *1 *ſuper omnes cælos cælorum. Etiam ſuper Angelos, Archangelos, Virtutes, Poteſtates, Prin-*

*1 Ex Auctore incognito ſed *excellenti* apud Alcuinum.

cipatus, Dominationes, Thronos, Cherubim atque Seraphim?

Quæ calumnia? quæ malignitas? ubi charitatis christianæ glutinum, quo collegæ arctissimè devinciri debent? Scis quid velim dicere. Intereà Regem Christianissimum, Magnates, illustrissimum Nuncium Apostolicum, Antistites, populos concitas.

Quin etiam summum Pontificem ajunt te compellasse: nimirum ut diris me adjudicet. Sed scio, sapientissimum totius Ecclesiæ catholicæ Pastorem non ita facilè commoveri posse,

...... *haud animis tantæ cælestibus iræ.*

Antiquitatis christianæ se tutorem & protectorem esse cognoscit, se Gelasij Papæ I. successorem esse non ignorat, qui Pseudo-Melitonis opusculum, quod post tot secula renovas, absque ullâ exceptione proscripsit, à quo nunc Clemens X. eò minùs discedet, quò magis necessitas incumbit ejusdem Melitonis commenta, quæ hactenùs, spretâ Gelasij ac Synodi Romanæ censurâ nimis invaluerunt, ab Ecclesiâ veritatis columnâ procul amovendi. Eâ de causâ, sicuti jam observavi, Venerabilis Beda suo tempore *mendacem* Melitonem *de Apostolis elevatis in nubibus & raptis Hierosolymam* ex autoritate Lucæ, *1 de assumpto quoque corpore

*1 In lib. Retractationis in Act. c. 2. tit. 6. p. 21.

H. v.

*1 virgineo nescius, *1 declaravit. Eâ de causâ Usuardus *inscitiam Ecclesiæ*, quam didicerat ab Ecclesiæ primitivæ silentio, à SS. Ambrosio, Epiphanio, Cyrillo, Concilio Ephesino, Gelasio Papâ, Isidoro, Hildefonso atque ab aliis, quamque in ipsâ Ecclesiâ suo tempore cernebat; fastis illius sciens prudensque consignavit. Eâ iterum de causâ S. Ado eamdem *inscitiam*, iisdemque verbis, quibus Usuardus, renovandam ac denuò inculcandam esse censuit. Eâ de causâ nec Dissertationem meam, nec hanc antiquæ traditionis defensionem improbatam iri spero, tot autoribus orthodoxis, Ecclesiisque fultam ac stipatam.

*1 In lib. de locis sāctis. c. 6.

Hæc sanctissimus Pater non absq; magno examine ponderabit, & præoccupari nescius, sed certus Ecclesiam regi traditione pristinâ, quæ nunquàm fallit, non devotione, quæ licet optima, nihilominùs aliquando speciosè decipit, omnia eâ lance, quâ oportebit, diligentissimè discutiet, nihilque leviter pronuntiabit.


Mea res hîc non agitur, nec est jam ampliùs unius Ecclesiæ Parisiensis causa, sed omnium Basilicarum Franciæ, Germaniæque, quam profectò sedes Apostolica, nec ex tuis, Gaudine, argumentis, nec ad tuum gustum, quò tibi satis fiat, temerè definiet. De veteri scriptore Ec-

clesiastico agitur, qui testimonium traditionis antiquæ Ecclesiæ prodidit nunquam abolendum, cui eò cautius manus adhibenda est, quò nobis audaciùs hæretici illudere atque exprobrare possent, nos nostros veteres libros, traditionum antiquarum testes, quibus eorum dogmata solemus evertere, ad libitum immutare, corrumpere, ludibrio habere. De Autore agitur ab omnibus ferè Ecclesiis, atque ab ipsâ Romanâ accepto, comprobato, usitato, quem summo judicio Carolus Imperator ac Rex Franciæ, inter alios, quasi præcellentem elegit, quem omnes Ecclesiastici sequerentur. Ad illius modum plurimi, ac præsertim Franci, sanctitate atque eruditione præstantes locuti sunt. Hos omnes cum Usuardo, cumque innumeris Ecclesiis condemnandos esse non dubium est, si Usuardus erravit. Sed vix alicui vel parùm oculato & cordato persuaderi poterit Usuardum totque celebres scriptores temporibus suis, ac pluribus exinde seculis innoxios fuisse, anno verò M.DC.LXX. reos esse ac condemnari debere.

Quidquid sit, oraculum sedis Apostolicæ reverenter auscultabo, nihil unquam pronuncians, quod non sit secundùm scientiam Dei. Tum sacratissimam Virginem Dei Genitricem, quæ nihil contra Ecclesiæ canones expetit, *nec falsis hono-*

*1 S. Bernardus ep 174.

ribus *1 condecorari gaudet, tot *veris cumulata honorum titulis, infulis dignitatum*, enixè humiliterque supplico: primùm, ut ad id cor mihi docile impetret; deinde animum injuriarum ita patientem ac negligentem inspiret, ut quidquid ij, qui oderunt me gratis, contumeliæ intulerunt, ex mente meâ brevi evanescat, ne, si fortè illi officio suo defuerint, ego à meo unquam desistam, sed perpetuò memor sim sententiæ illius canonicæ, quam Martyrologium nostrum Parisiense, de quo nunc agitur, quotannis in die Assumptionis post Usuardi verba Patribus nostris indesinenter legebat. *Qui læditur, non desistat orare pro se lædentibus. Alioquin juxta Dei sententiam peccat, qui pro inimicis non orat. Sicut nullum proficit in vulnere medicamentum, si adhuc in eo ferrum sit, ita nihil proficit oratio illius, cujus adhuc dolor in mente, vel odium manet in pectore.*



RESPONSIO BREVIS ad prolixum librum Nicolai Ladvocati Billiadi Canonici Parisiensis cui titulus est, *Vindiciæ Parthenicæ &c.*

NONDUM ad umbilicum libri Jacobi Gaudini legens perveneram, cùm de repentè prodiit alius liber, seu potiùs volumen contra me sub hoc titulo, *Vindiciæ Parthenicæ &c. studio ac labore Nicolai Ladvocati Billiadi Doctoris Sorbonici, necnon Ecclesiæ Parisiensis Canonici.* Hoc viso, ut verum fatear, obstupui, atque exclamavi, καὶ σὺ τέκνον, καὶ σύ φίλε! Ergò non sufficiebat, ut Gaudinus me impeteret: oportebat etiam, ut socium sibi assumeret, eumque mihi amicum, & conjuratis animis ambo me confoderent? Quid faciam? Quò me vertam? Ne Hercules quidem contra duos.

Amicus sum, inquit Ladvocatus, sed usque ad aras. At quid opus erat amico amicum gratis lacessere, quandoquidem alter jam calamum strinxerat? Quòd si te

adeò, Ladvocate, scribendi cupiditas tenebat, à contumeliis saltem opprobriisque, quæ maxima pars est tui voluminis, abstinere debebas, nec tot inania verba congerere, quæ ad rem non pertinent, & ex quibus quid aliud inferri atque indicari potest, quàm ea Davi apud Terentium, quæ in te ingenuè ac liberaliter educato vix tolerari queat, *mala mens, malus animus?* sed satius est, hæc omnia contemnere, & sicuti fit in controversiis forensibus, instrumentum prius secundo contra partem intervenientem adhibere, atque unâ fideliâ duos parietes dealbare. Nam quid est aliud Ladvocati liber, quàm supplementum libri Gaudiniani, nisi quod accessorium majus est principali? Idem cibus diversimodè conditus, crambè bis recocta, aquâ abstinendum est, nam δὶς κράμβη θάνατος.

Quid est autem istud, *Vindiciæ Parthenicæ*? Ego quidem primùm arbitrabar, defensionem esse virginitatis perpetuæ B. Mariæ. Sed mox lectis sequentibus verbis, *quibus asseritur vera Ecclesiæ doctrina de Assumptione corporeâ sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ*; idem esse deprehendi, atque, *Assumptio Mariæ Virginis vindicata*: nisi quòd titulo, *Assumptio Mariæ Virginis vindicata*, debebat sub-

di, contra Οὔτιν (nam hujusce nominis Autor est in Bibliothecis) vel contra quemlibet alium, quàm Jolium, qui nunquàm Assumptionem Mariæ Virginis impugnavit. Titulo verò *Vindiciæ Parthenicæ*, debebat addi, *Contra Ecclesiam Parisiensem, omnesque Ecclesias Franciæ, &c.* quarum Usuardus est antiquissimus ac legitimus Martyrologus.

Mira sunt, ait Ladvocatus *1 ex S. Augustino, *2 *quæ dicitis; nova sunt quæ dicitis; falsa sunt quæ dicitis*. Quid si ea verba regeram? Pulchriùs sanè convenient Gaudino atque Ladvocato. *Mira sunt quæ dicunt*: miracula enim Pseudo-Melitonis à Gelasio Papâ damnati nobis ingerunt. *Nova sunt quæ dicunt?* Traditionem enim Ecclesiæ Parisiensis octingentorum ad minus annorum convellunt. *Falsa sunt quæ dicunt*: nam novus iste fidei articulus, quem suâ *certitudine omni humanâ naturali majore*, ad illaqueandum conscientias nullo fundamento condere meditantur, à veritate non procedit, sed veritati ipsi contrarius est.

*1 ante epistolam dedicat.

*2 lib. 3. contra Julianū c. 3.

Epistolam tuam, Ladvocate, illustrissimo Archiepiscopo Parisiensi inscripsisti. Rectè quidem atque opportunè. Sed quare non etiam unà Capitulo Parisiensi, cum sis ipse Canonicus Parisiensis, & Capitulo tuas te rationes expositurum brevi

promiſeras? Nunquid judicium ſodalitij tui detrectas? Nunquid blanditiis favorem reverendiſſimi Præſulis expiſcari ſperas, ut juxta te ſententiam ferat? Pluribus quidem laudibus ille dignus eſt. At nullis laudibus extorquebis, ut inconſulto ac diſſentiente ſuo ſenatu contra traditionem antiquam Eccleſiæ Pariſienſis, quidquam proferat. *Terminos* enim *antiquos Patrum tranſgredi*, *1 ſcit eſſe prohibitum.

*1 Prov. 22.28.

Jam ut de tuo libro paululum quid proferam, ne fortè negligi videaris, vel te inſuperabilem fuiſſe jactites, vis uno verbo dicam, quid reſpondeam? Duas larvas tibi debellandas finxiſti. Prima eſt, quòd negarim Aſſumptionem Virginis corporalem: Altera, quòd novitatem adduxerim toti Eccleſiæ primitivæ incognitam. Equidem fateor, ſi hæc ita ſunt, me ſibilo eſſe digniſſimum. Sed ſi contrà, tu aërem verberas, & ſcripſiſti gratis ac voluptuosè.

Ac primùm quoad negativam aſſumpti corporis virginei quam mihi objectas, profer locum ex libello meo, in quo dixerim, *Virginem non fuiſſe corporaliter aſſumptam.* Hoc eſt tamen, in quo contra me probando ſuprà quingentas paginas inſumis. Quid ad propoſitum? Nec Uſuardus, nec Ado, nec alius quiſpiam

illis aſſentiens, nec Jolius unquam negavit, *B. Virginem corporaliter in cælos evectam fuiſſe.* Ego contrà dixi, eum qui iſtud negaret, & prodigiosè impium & dementiſſimum fore. Quid igitur dixi? Quod Uſuardus, & S. Ado dixêre, *Eccleſiam* nempe *id neſcire.* Deinde, quod multi magno numero ſcriptores docuêre, *piè* nempe *credi quod neſcitur.* Hoccine eſt negare, *Virginem corporaliter aſſumptam?* Qui negat, affirmat non eſſe: qui verò piè credit, non affirmat quidem id eſſe quod credit, ſed etiam id eſſe non negat: quin imò qui piè credit, videtur aliquo pacto amplecti quod credit, & id eſt quod vocatur *propenſio*, ſed dici non poteſt, negare. Quid ergo mihi bellum indicis, & cohortes tot ſcriptorum aggregas, ut probes quod ego non nego? fruſtrà laboras in re, quæ in contentione non verſatur.

At *inſcitia* quam infers, inquis, novitas eſt. Quin imò, Ladvocate, quam nimis audacter novitatem vocas, ego adhuc audaciùs *antiquiſſimã antiquitatem* eſſe contendo. Sic ſoles ubique novitates appellare, quæ meræ antiquitates ſunt, cùm eæ tibi non placent. An teſtimonium Uſuardi novum eſt quod ab octingentis ad minus annis ab Eccleſiâ acceptum eſt? An S. Adonis, qui eodem ferè tempore, iiſ-

demque verbis locutus est? An mentiros eos dices? nam quod scripserunt testimonium est, non eorum sententia Ecclesiam, non se, *nescire* dixerũt. An novus est S. Epiphanius, qui tertio seculo scripsit, τὸ τέλος αὐτῆς οὐδεὶς ἔγνω? An novi sunt omnes illi, quos in tabulâ Traditionis Ecclesiæ contra Gaudinum adduxi, à quibus Usuardus & Ado *inscitiam Ecclesiæ* didicerunt? An novi sunt, qui juxtà illos postea seculo IX. X. & sequentibus eâdem loquelâ usi sunt? An universæ Imperij Occidentalis, ac præsertim Franciæ Ecclesiæ, ipsaque olim Romana novitatem amplexæ sũnt, cùm Usuardum IX. seculo sibi assumpserunt?

Verùm, inquies, nos etiam antiquos Autores habemus? Habetis, fateor, eosque ut plurimùm Græcos, sed apocryphos, quippe qui Melitonem condemnatum sequuti sunt. Cæteri ex convenientiarum rationibus *piè* tantùm *crediderunt*, quos à parte meâ stare assevero, de *certitudine* illâ vestrâ, *omni humanâ naturali majore* ne quidem somniantes. Novum dogma cuditis, quod inter alios
*1 apertè rejecerunt viri sanctitate ac doctri-
an. 667. nâ suo tempore florentes S. Ildefonsus
*2 an. 1048. Episcopus Toletanus, *1 S. Odilo Abbas
*3 Cluniacensis, *2 Guibertus Abbas Novi-
an. 1124. gentanus, *3 Joannes Belethus Theolo-

gus Pariſienſis, *1 Iſaacus Abbas de Stellâ *1
apud Pictavos, *2 Petrus Bleſenſis, *3 an. 1162.
Guillelmus Durandus Epiſcopus Mima- *2 an. 1200.
tenſis, *4 Alfonſus Toſtatus Epiſcopus *3
Abulenſis, *5 Henricus Holdenius Theo- an. 1200 *4
logus Pariſienſis. *6 an. 1296


Denique quis ante vos talem *certitudi-* *5
nem propoſuit, præter Emin. Baronium an. 1454 *6
in Annalibus, qui propenſionem tantum- an. 1650
modò popoſcerat in Notis ad Martyro-
logium Romanum, ac fortaſsè Petrum
Aurelium, quem in hoc omnibus retrò *7
Patribus Eccleſiæ vos præfertis, in pluri- n. 22. p. 31. n. 110
bus aliis olim infenſiſſimi? p. 230. n.

Quid igitur reſtat, niſi ut ad illa convi- 150. p. 310. n.
cia, quæ in me evomuiſti, & ad illa, quæ, 229. p.
tametſi tibi incognita ſint, & ad rem ni- 423. 425. 426. 427
hil faciant, nihilominus ſolo animo im- &c. *8
properandi attuliſti, reſpondeam? Sed n. 10. p.
quidni ea patienter feram, cùm iiſdem 15 p. 16.
elogiis ornaveris veterem ſcriptorem Ser- n. 12. p. 17. n. 13.
monis de Aſſumptione ad Paulam & Eu- p. 21. n.
ſtochium apud Hieronymum, *7 Uſuar- 15. p. 51. n. 121.
dum, *8 S. Adonem, *9 Guibertum, Be- p. 253. n.
lethum, & alios, quos antiquitas ingen- 143. p. 300. 301.
tibus laudibus cumulàvit? Deinde dum n. 174.
tot pagínas, quæ tali pondere fatiſcunt, p. 355. n. 245. p.
evoluerem, & κατὰ πόδα cuilibet reſ- 455. *9
ponderem, *annus eſſet*. Melius mihi fore n. 121. p.
arbitror, ut dixi, ſi bili tuæ pepercero, 253. n. 228. p.
quæ neſcio, an tibi ipſi ſemper parcat. 419. &c.

Deinde omne polemicum dissertandi genus semper odio habui, mihique etiamnunc tantùm fastidij gignit, ut malim me inultum esse, téque immunem evadere, quàm altercando videri fortior atque animosior,

Non missura cutem nisi plena cruoris hirudo.

Quin imò nolim te, pro nostrâ veteri amicitiâ, insalutatum abire: nec fortè ingratum tibi fore spero (certè non potest esse non decorum neque non elegans) si, cùm nihil ampliùs dicturus scripturusve sim, finiam per illud Ciceronianum, amicum & familiare, quo Epistolam tuam ad illustrissimum Archiepiscopum Parisiensem conclusisti, quod bono animo hîc appono, VALE.



Scriptum Parisiis circa finem Decemb. anno M.DC.LXX.

FINIS.